Huius athonis habet: sed tertius inquit athoni
Sumit athon quartus:uel athonem:& sumit athona
Clamat athos uel athon:sextus dat atho uel athone.
Aut athon aut rhodopen dixit georgica primo
Quot lepores in atho:tulit artis naso secundo
Ait caldarinus libro nasonis in ibin.
Dixit athos haud esse breuem capito quia magnum
Narrat athon recto maurum non rite tulisse.

In Vs.

Velleris hoc uellus pondus uult ponderis huius.
Muneris hoc munus:uulnus quoq; uulneris edit
Fert holus hoc holeris: recte dabit hulceris hulcus
Hoc acus & aceris: ueteris uetus efferet apte
Pus puris puri pus pus a pure tenebit.
Vtitur obliquis medicus sepissime celsus
Temporis hoc tempus:facinusq; facinoris effert
Vult penus hoc penus hic hæc sibi nempe penus uult
Hocq; pecus pecoris:pecus hæc pecudis uariabit
Sæpe pecu ueteres dixerunt:ac pecuare
Plurali pecua & pecuaria sepe tulerunt.
Vult lepus hic leporis:tamen intercus dabit utis:
Pigneris hoc pignus:uel pignoris edere debet.
Fœneris haud aliter fœnus:uel fœnoris affert.
Tellus telluris:mus muris:crus dato cruris
Rite palus ue salus: udis dabit atq; salutis

78

Incus incudi:suis & sus grus gruis effert
At ligur atq; ligus liguris debet uariare
Fert pelagus pelagi:uulgus uulgi retinebit
O pelage & pelagus uulge & uulgus uocitabis
Oedipus œdipodis debet uariare podos ue
Tertius œdipodi:quartus poda siue podem uult
Oedipode in sexto quintus tamen œdipu habebit
Oedipus ut græce uariatur quippe melampus
Odipodis magni thebaidos ultimus affer
Oedipi ait tranquillus enim de cæsare dicens
Oedipo ait plauti comœdia pœnulus olim.
Oedipodes etiam uelut anchises uariatur
Oedipodæ confusa domus fert statius ipse.
Comparatina quidem dicunt e uel i dare sexto
Id melior pandit meliore uel a meliori
Nam neutro ueteres tribuerunt or:uelut inquit
Grammaticus referens fœdus prior esse apud illos.

In Aus.

Fraus fraudis generat laudis laus hæc tenet apte.

In Ns. In Er. In Vr pro genitiuis.

Ns nomen habens genitiuu; um uel ium dat.
Pandit amans illud nam tum uel ium generabit
Er uel in ur rectus tantum dabit um genitiuus.
Sicq; pater patrum murmur quoq; rite murum uult
Exemplo tandem firmamus cætera cuncta.
Sicut apes apium uel apum.

In duas consonantes pro genitiuis.

Consona bina quidem rectum cum terminat edit
Sextus e reddit ium genitiuus dens tibi dente
Glandes glans monstrat uarians in ium genitiuos
Vm uel ium formare parens docuere poetæ.

In bs ms ps pro genitiuis.

Bs siue ms ps si dictio finit.
Vm generat calibumq;:calibs & hyems hyemū dic
Pum princeps etiam genitiuus ferre monemus
A caput ast in ium compostum flectere debet.
Syncopa ni fuerit panditq; bicepsq; tricepsq;
Bs & ps si sint monosyllaba forte
Vult genitiuus ium trabs urbs stirps indicat illud.

In ls ns rs pro genitiuis.

Ls siue ns rs quoq; dat genitiuum
Ante s ti iuncto puls pultis mons quoq; montis.
Iunge cohors flectens genitiuum rite cohortis
At glans dat glandis discors discordis habebit.
Format euntis iens abiens: rediensq; quiensq;
Præteriens simul sic cætera compositiua.
Quæ dat iens flecto uerum uult ambiens entis
Vpheus uphentis libripens libripendis habeto.
Lens animal lendis lens lentis dico legumen
Vnda maris capiti lendes deducit iniquas. Serenus

In Ans.

Quadrans quadrantis glans glandis reddere debet.

Omnis generis nomen pro ablatiuo.

Omne genus nomen retinens dabit i uel e sexto
Hic hæc hoc audax currens & amans manifestant

In Ens.

Nempe tridens flectit sextumq; tridente tridenti
Fuscina neptuni generum nam sepe ualebit.
Esse trium prisci quoniam dixere tridenti.

In yns.

Hæc tiryns tirynthos habet tirynthis & huius.

In Ons.

Frons frontis capiti; frons frondis at arboris esto
Frons aliqui pro fronde negant certe reperitur.
Frons ait ipse uetus uarro dum rustica tractat
Protulit & uates dum frons tenera ipse secundo. In.g.
Nempe serenus ait cum baccho persica frondis.

In Vns.

Aruns aruntis proprium uariare docemus.

In Ars.

Ars artis pars partis agit mars martis & huius.

In Ers.

Flectit inertis iners generi quod iungitur omni

In Ors.

Hic hæc hoc concors concordis poscere debet
Hic hæc concordis tamen hoc concorde uetusti.
Sic & discordis uariarunt sæpe latini.

In Vrs.

Hic hæc hoc tyburs tyburtis finiet apte.

79

In Vls.

Puls pultis uariat.

In bs.ms.ps.

Bs.siue.ms.ps.quoq; dant genitiuum.

I si interponas:urbs urbis hyems hyemis dic

Sic & inops inopis:tamen hæc si contineant e.

Ante bs ps si non monosyllaba:uertunt

E per i sic princeps dat principis in genitiuo.

Gelibis & celebs: capitis composita mouebunt

S & tis iungent prius e per i uertere debent.

Anceps ancipitis præceps hinc præcipitis dat

Auceps præterea dabit aucupis e uariando.

In Abs.

Hic dat arabs arabis:trabs hec trabis euariabit

Ennius ipse trabes in recto protulit olim.

In Ebs.

Plæbs hec dat plæbis plæbs hec rite bei dat

Statius in quinto dixit fremit impia plæbes

Celibis at cælebs hic hæc uariare monemus.

In ybs.

Esto chalybs chalybis ferrum:populi chalybes sunt.

In Obs.

Scobs scobis hec poscit:scrobs hic hæc dat scrobis apte.

In Vrbs.

Vrbs urbis uariat:reliquis tu casibus adde.

In Aps.

Daps dapis hec generat.

In Eps.

Incerti generis dat Adeps adipis genitiuo

Varro adipes illa dixit dum rustica tractat.

Auceps preterea dabit aucupis e uariando:

In yps.in irps.

Cinypis hic cinyps est & fluuius garamantum

Stirs stirpis nomen romanum dicitur esse

Vt trabs siue trabes:plebs plebes:stirps quoq; stirpes

Dicimus:æneidos primo tibi seruius auctor.

Iu Ops.

Atq; pelops pelopis: hydrops hydropis habeto

In Et.it.ot.

Vrbs est italæ hoc nepet:quod non uariatur.
Hoc git git retinens:minime tu flectere debes
Sunt omnis generis tot quot:pluraliter usq;.
In Vt.
Fere caput capitis uolet occiput occipitisq;
Sincipitis profert hoc sinciput in genitiuo.
In Ax.
Fax facis:atq; facum pluraliter edere debet
Format abax abacis plerunq; abacus reperitur.
Pharnacis hic pharnax proprium uult:namq; secundo
Lucanus dixit: nec pharnacis arma relinquas.
In.x.pro ablatiuo.
Si tenet.x.nomen:sextum uariat per e nobis
A faxe fax:pellex a pellice:nix niue monstrant
Tu tamen excipias uerbalia trix retinendo.
Adiectiua simul quoniam dant i uel e sexto.
Hinc a uictrici uictriceq; dicito uictrix.
Hic hæc hoc atrox atroci fert & atroce.
Sic etiam leq;li debet formare suppellex
In Ex.
Grex gregis:inde gregum plurali iungere debet
Illicis hec ilex:rex regis lex quoq; legis.
Fert senis:hicq; senex:exlex exlegis habebit.
In Ix.
Pistrix hæc pistris pistricis dat genitiuo
Hæc pistris nauis dat pistris:seruius auctor
Fert decimo uates in pistrin desinit aluus
Pistris adest balbum scito proferre secundo.
Hinc poterit pistrix uel pistris belua dici.
In yx.
Styx stygis atq; stygos uariat:gi tertius effert
Hanc styga siue stygem: styx o:styge sextus habeto
In Ox.
Nox noctis:dat ium pluraliter in genitiuo:
Vox uocis:uocum plurali iungere debet.
In Vx.
Nux nucis atq; nucum:dux dat ducis adde ducumq;
Faux faucis dat ium pollux pollucis & effert.
In Alx.
Falx falcis generat plurali tradit iumq;

Pro pede Calx calcis dat um pluraliter apte.

In Anx.

Lanx lancis per ium plurales dat genitiuos.

In yns.

Linx lincos lincis: lincum uariare notamus
Sphinx ſphingos ſphingis ſphingum genitiuus habebit.

In Vnx.

Quincunx quincuncis. Sexcunx ſexcuncis habeto
Coniugis at coniunx. Plurale tamen dabis in gum.

In Arx.

Arx arcis formans: per ium plurale tenebit.

Quarta declinatio. Tit. iiii.

Quarta genus ſumit primum muliebre ue neutrum
Terminat us quartam. uel & u flectendo latine
Quæ dant us quarte: ſunt maſcula fœmineiq;
Denotat hic cultus: domus hoc oſtendit acuſq;.
Dans u dic neutrum: ueluti cornuq; genuq;.

In Vs.

Rectus in us quartæ: dabit us longum genitiuo.
Poſcit ui ternus: quartus dabit um: uocitanſq;
Eſt ſimilis recto: ſextus tamen u retinebit.
Vs recto plurale dabit quarto quoq; quinto.
Fert genitiuus uum: dat ibus ternus quoq; ſextus
Sicq; manus manibus fructus uel fructibus edit.
Quæ tamen u ſeruant licet hic aperire latinis
Artubus hic artus uariat: non artibus autem.
Ars artis quoniam facit artibus: e uariando.
Arcubus arcus item flectit: quando arcibus effert
Arx arcis: partus dat partubus: haud tibus autem
Pars partis quoniam plurali partibus addit
Artus & arcus ubus diſcrimine dant quoq; partus
Præterea lacubus lacus hic: tribubus tribus hæc dat
Ficubus hæc ficus: portus quoq; portubus inquit
Hæc acus his acubus: quercus his quercubus affert
Hic aut hæc ſpecubus ſpecus edere debet ubiq;
Queſtubus hic queſtus flectit ſignando querelam
Teſtis enim ualla eſt: pro lucro queſtibus inſit.
Sumit i pro lucro: tenet u pro nempe querela
Euentus ueluti uiſus uariabitur uſq;.
Hoc tamen euentum plurali euenta reflectit.

Turbonis uariat: Margo uult marginis huius.
Nempe cupido solet uariare cupidinis apte
Alcedo profert alcedinis in genitiuo
Virginis at uirgo cauponis caupo creabit
Iunonis iuno carbo carbonis habebit.
Compago semper compaginis edere debet.
Ambago hæc etiam profert ambaginis usq;.
Compages compagis habet ambagis & huius
Ambages flectit: late probat omnia summa.
Hic anio profert anienis: quippe anionis
Ennius at dixit.
Hic anien primo siluarum protulit auctor.
Quas præceps anien dicens ueteres imitando.
Hæc caro dat carnis genitiuo: namq; uetusti
Hæc etiam carnis recto uariare solebāt.

Genitiui in ium quando fiunt.

Vult genitiuus ium pluralis sepius ipse.
Quum principali recto fit par genitiuus.
Sicq; caro carnis concedit ium generanti.
Sic etiam collis præter panum sobolumq;
Quis iuuenum frugum ue canum strigulū quoq; iunge.
Fert sedes sedum uel ium: uatum uel ium dic.
Sic mensis cedesq; simul duplicare memento
Nomina quum reddunt i sexto: aut i uel e iuncta
Vult genitiuus ium: calcar ue cubile docebit.
Sed quandoq; tamen fit syncopa: nomina reddunt
I uel e cum sextis: sapientum ut siue legentum.
Comparatiua quidem dant rum nam dico minorum
Sed plus format ium: uetus at ueterum generabit
Dat uigil & uigilum: pugilum pugil edere debent.
Vult memorumq; memor quamq̄ debent uel e sexto.

In O longum græca.

Nomen in O longum græcorum (fert diomedes)
Per casus omnis uariatur more pelasgum
Exemplun capies dido hæc sapho ue calypso.
Tris autem casus græcorum sumimus apte.
Hæc dido didus huius dido hanc manifestat
A didoq; etiam poterit uariare latinus.
Plinius a sapho sed enim dixisse notatur. li. xxii.
Sapho saphonis quondam dixere latini

At fabius meminit nec dicere uelle libenter
Ipse Calipson is: Cæsar quod dixerat olim
Nempe calipsonis quinto Macrobius affert
Didonis sexto. Di donis prima sequatur
Et primam: Cani ludens fert Musa Maronis
Protulit Ioui plauti comedia terna.

In Ac in Ec.

Lac la tis profert: halecis nempe dat halec
Plurale effugiunt: lacte hoc dixere uetusti.

In Id.

Grammaticus docuit Dauid esse immobile sẽper.

Iu Vd

Rex Bogud hic bogudis Maurorum dicitur esse.

In Al.

Hoc animal profert animalis: cætera iunge
Vectigal ueluti uectigalis generando.
Al neutrum sexto dabit i nam dico animali
Hannibal hic format tamen hannibalis genitiuũ
Hannibale in sexto: sic al dans omne marinum.

In El.

Hic Daniel Danielis habet: Gabriel gabrielis
Mel: mellis: melli: mel: mel: a melle reposcit.
Hæc mella: hæc mella: & mella o plurale tenebit
Fel fellis uarians: totum plurale creabit.

In Il.

Hoc nil siue nihil: nullo in casu uariantur
Fert pugil atq; uigil: pugilis: uigilis genitiuo
A pugile & pugili. Vigile & uigili uariato
Plurali numero pugilum uigilum tamen ede.

In Ol.

Sol: solis: soli: solem: sol: sole: reflectit.
Sepius inueni soles & solibus ipse.

In Vl.

Consulis: hic consul: præsul uult præsulis huius.

In am. in Em.

Hic hæc hoc nequam certe nõ est uariandum
Hoc & tantundem genitiuo tantidem habebit
Accusatiuo tantundem. Cætera desunt.
Non sextum totidem plurali dat genus omne.

In Im.

Cim uici hoc nomen nunq̃ uariabile fiet.

In An.

Hic Titan titanis habet titanos & huius
Dic huic titani: titanaq; quartus amabit
O titan sextus titane a sumere debet.
Hoc quoq; plurali totum uariabitur apte.
Sic quoq; declina pæan & masculina græca
An dant in recto quotiens quod pan manifestat.
Primo oratoris pæanem Tullius inquit.

In En.

En dans productum uel græcum siue latinum est
Hic splen ostendit splenis: Ren renis & huius
Hæc Syren syrenis habet syrenos & huius.
En breue quæ retinent: certe sunt cuncta latina
Cornicem hic pandit tibi cornicinis uariando.
Flaminis hic flamen: uel numinis hoc quoq; numen

In In.

Delphin delphinos delphinis dat genitiuo
Huic & delphini: quartus delphina tenebit
O delphin: sextus delphine ab. Tertia poscit
Pluralem numerum: delphinas quartus habeto.
Delphin: delphinus: delphis quoq; dicitur apte.
Nam quotiens rectus tenet in: tenet is quoq; longum
Sic ar in proprium: tenet aris: sic & Eleusin. Pri.

In On.

Nempe Sinon proprium debet generare sinonis
Haud aliterq; Simon debet uariare simonis
Flaccus enim dixit rationem carminis edens
Pythias emuncto lucrata simone talentum
Sarpedon in recto est sarpedontis genitiuo
Sarpedon longum sarpedonis euariabit. S.
Lacoon flectit genitiuum lacoontis
Sicq; leon proprium debet generare leontis
Hæc in o flexerunt romana ut nomina quondam
Statius hic primo de thebis attulit illud
Conclamant danai: stimulatq; Agamennó uolentes.

In Ar.

Ar neutri generis si deriuetur: habebit
Casibus obliquis a longum: Exempla teneto
A laqueo laquear laquearis: sicq; lupanar

74 r°

Vox neutra ar retinens:& longans ante supremam
Format in i sextum:pandit laquear laqueari.
Far tamen excipitur:uarians a farre supremum
Nectaris hoc nectar generans:a nectare format.
Par paris omne tenens:sexto pare siue pari dat
Vult Epar hoc epatis:Naris nar flumen habeto.
Lar laris est:dius:lar lartis at induperator
Est ueientorum.

In Er.

Imbris habens imber:sexto dabit imbre uel imbri.
Mulciber ex imber componi legimus ipsi
Mulciber hic uariat genitiuum mulciberis uel
Mulcibris:eius enim simplex sectabitur apte. Pri:
Hic hæc puber enim: dat puberis in genitiuo
I petit in sexto September siue Nouember.
October ue: December item: quæ nomina mensum.
Carceris hic carcer:mulier mulieris habebit.
Arbor acer profert aceris tantummodo semper
Aggeris hic agger genitiuo tradere debet.
Hic celer:hæc celeris dans hoc celere:a celeri uult
Mediocer sic & mediocris:uel mediocre.
Sic & equæster erit ue pedester:siue paluster
Et uolucer:celeberq;:alacerq; saluber:& acer.
Campester:siluester item quibus adde sequester
Fœmineum cuius phocas uult esse sequestra.
Vndecimo uates nam dixit pace sequestra
Grammaticus meminit plautum fecisse secundi.
Ordinis id nomen:cum fert fugioue sequestrum
Is uel in Er nomen finitum:dat genitiuos.
Sicut in er tantum:sibi scilicet is capiendo
Indicat hic puluis uel puluer:pulueris huius.
Hic Ciner atq; cinis cineris solummodo reddens
Sic uomis uomer genitiuum uomeris effert.
Hic cucumer dat eris:cucumis tamen hic cucumis dat
Aetheris hic æther dabit ætherem & æthera quarto.
Sic ær uariat:plurali ambo caruerunt
Hoc iter inflexum dat itineris in genitiuo.
Iuppiter huius habet iouis:olim iuppitris atq;
Iuppiteris:recto iouis attribuere uetusti.
Marspitris Accipitris dant marspiter accipiterue

Crater crateris crateros et huius habebit
Craterem quartus crateraue terminat vsq;
Casibus in reliquis poterit iam flectere quisq;
Sic pantherq; staterq; character tu variabis
Ver veris veri ver verq; a vere tenebit.
Sic cicer hoc ciceris:plurali ambo caruerunt
Verberis atq; beri solumq; a verbere dicas
Verbera plurali declinat tertius ordo.
Quare hic crater et hæc Cratera.
Sæpius e græco rectum fecere latinum
Accusatiuo:recte hec Cratera docebit.
Hæc panthera simul:vel cassida:siue stathera.Pri.
In Er pro ablatiuo.Pr.vii.
Nomen in Er generis cuiuslibet accípiens.e.
Formabit sextum:pauper sic paupere format
Si tamen is recto coniungis in.I.variabit.
Hic celer hæc celeris testabitur:aceleri dans.
Cõia cum neutris in.e.pro ablatiuo Pr.vii.
Masculína quidem: siue et communia:rectum
Er uel in is dando:faciunt per e neutra tamen si.
Ablatiuus in i tantum uariabitur ipse
Hic celer:hæc celeris:celere hoc:celeri uariabit.
Omnis & omne quoq; in sexto uariabimus omní.
Peligni paridis sed epistola scribit amicæ
Hoc mihi nam recolo fore ut a celeste sagitta
Figar:leander celesti pectore dixit
Amne perenne lateris:anna parenna uocor.fast.
In decimoquinto est:specie celeste resumpta.
Atq; bimestre potes fastorum cernere sexto.
Extraq; de porca cruda bimestre tenet.
Hument inculte fonte perene gene.ouidio.
In Ir.
Martyris ad martyr uel martyros edere debet.
Vrbs hoc hispanis gaddír dat gaddiris huius
Hoc ir planta manus:recti est:quarti quoq; quinti.
In Or.
Or retinent quotiens græcorum nomina semper
Ante suprema quidem breuiabitur in genitiuo.
Actoris hic actor demonstrat:& hectoris hector
Cor cordis:memorisq; memor:uult æquoris æquor

75

Marmoris hoc marmor:sic robur roboris huius:
Grammaticus quinto memor hic hæc asserit esse.
I uel e sextus habet:sed e raro:namq; uetusti
Hic hæc & memoris:memore hoc uariare solebāt
Quippe triū generū phocas uult:legimus autem
Aeneidos quarto:iustumq; memorq; præcatur
Hic hæc hocq; memor fert grāmatic⁹ quoq; dici
Post sextum:plurale tamen neutrale negauit.

In Vr.

Vulturis hic uultur:fulgur dat fulguris huius
Hoc femur at femoris:robur quoq; roboris effert
Hoc ebur ac eboris:fur furis uult genitiuum
Quippe iecur iecoris uel iocinoris edere debet.

In As.

Mecœnas hic uult mecœnatis genitiuum
As assis uariat:mas hic maris indicat huius
Vas uadis hic optat:uas uasis sed tamē hoc uult
Vasa hæc uasorum:uasis uult ipsa secunda.
Hoc fas hocq; nefas:debēt tris sumere casus
Hic hæc hoc nugas indeclinabile dicunt
Arpinas hic hæc arpinatis uariabit.
Ast arpinati dabit arpinatæq; sexto
As circum flectunt gentilia:sunt uelut illa:
Arpinas frusinas:quoniā sibi syncopa facta est.
Arpinatis enim ueteres hic hæc uariarunt
Hoc arpinate fit neutro.Pris.
Plinius hinc decimoquarto generosa docendo
Vina latinorum:fert priuernatia uina.

In as latina pro genitiuis.Pr.

As latiū dat ium.dabit um quoq; pro genitiuis
Id tamen arpinas probitas ue docere ualebunt.

In as græca pro Vocatiuo.

Græcula quæ tribuunt as rectis in genitiuo
Vel crescant uel non:tribuent a cuncta uocanti
Sic uocat æneas ænea:la quoq; pallas.S.
Græcorum ponunt as recto mascula quando
N t si retinet genitiuus more pelasgo
An quintus format:similis tamē est quoq; recto
Calchas hinc calchan:calcha & calchas uocitabit.
Sicq; gigas diamas:adamas pallas uariantur

At quondam Calchas calchæ uariasse notatur.
Pallas pallantis uocitat pallan quoq; pallas
Sed maro sectādo græcos fert maxime palla. Pr.
In Es.
Stipitis hic stipes truncum sine frondibus esse
Ac torem dicunt.
Stips stipis hæc nūmus signat⁹ Fest⁹ ut inquit
Pes pedis atq; tripes tripedis reddit genitiuo.
Compedis hæc compes etiam uariare notatur
Hæc pubes pubis pro multitudine poscit
Hic hæc miles enim dat militis: alitis ales
Alitum & alituum plurali dat genitiuo
Quippe figurate.
Hic hæc fert præpes genitiuum præpetis huius
A terete & tereti sexto teres addit hebesq;
Arietis hic aries paries hic parietis fert.
Nempe quies debet iamiam generare quietis.
Nanq; olim tribuit genitiuo sæpe quiei.
Hinc requies flectit requietis uel requiei
Vult teges hæc tegetis: uult inquies inq; qetis.
Rectus apes uel apis legitur retinere poetis.
Ast apium uel apum pluralis uult genitiuus.
Deses siue obses: dat desidis obsidis atq;
Sic cuncta a sedeo composita inflectere debes
Quippe ceres cereris merces mercedis habebit.
Locuplete capit locuples simul a locupleti
Grammatico: sed enī generi coniungitur omnī
Agnes agnetis: magnes magnetis habeto.
Præs prædis generat prædū pluraliter effert
Hic moyses: huius moysi dabit huic moysiq;
Hunc moysen quintus moyse fert a moyseq;
Sic apud est ueteres scripturas: ergo ita flecte.
Dicitur & moses mosis uel mosi ut achilles.
Huius achillis enim: uel achilli format achilles.
Lem quarto tribuit: quinto & sexto dat achille
Mi achilles uocitat plautus de milite narrans.
Eus quoq; rect⁹ habet: qđ achilles indicat ample
Plautus in epidico profert o hercules. idem
Fert etiam in decimo.
Nomen in Es longam græcorum sicut ulysses

78 bis

E quinto tribuit siue es quod parcius esto
At genitiuus erit uel in i uel in is uariandus
Nempe dares generare daris uel nosce daretos
Sic mendes rhannesq; chremes laches quoq; giges
Thucidides autem dis uel de rite creabit
Ordine sic duplici moses mosis quoq; mose
Nosce chremes generare chremis: generare chremetis
Nosce chremen quarto uariare chremeta chremetem
Namq; daren uates posuit: posuitq; dareta. lib. x.

In Is.

Vult lapis hic lapidis ueteres lapis huius habebant.
Cuspidis hæc cuspis: dat iaspis iaspidis huius.
Strigilis hæc proprio fert strigilis in genitiuo
A strigili in sexto: strigulum pluraliter effert.
Pollinis hic pollis generat Cæsar tamen inquit
Pollinis hic pollen: dixit probus hic quoq; pollem
Pro media libra semis semissis habebit:
At pro dimidio semis semis tenet usq;
Hic hæc dis: ditis dites & ditia flectit
His dis uel ditis pluto est: quod Seruius inquit
Glis gliris tenet hic: glis glissis lapa refert hæc
Glis dans hec glitis pro cræta ponitur apte.
Hic hæc pubis habet genitiuum pubis: ut effert
Seruius in quinto: sit compositum tamen inde.
Hic hæc impubis simul hoc impube teneto.

Accusatiui in em & in im.

Em dat & im. pupis. turris. restisq; securis. P.

Accusatiui in im pro ablatiuo.

Accusatiuus dans im. solet. i. dare sexto.
Vt tyberim: a tyberi. Pris.

Accusatiui in em & im pro ablatiuo.

Im retinens simul em quartus: dabit i uel e sexto.
Hanc turrem & turrim: profert a turre ue turri
Finit e duntaxat quidem ut monuere bipennis
I uel e dat phocas: uariatq; bipenne bipenni.

Menses in er uel in is pro ablatiuo

Er uel in is mensis sexto dabit i uariando.
Accipe september septembri: sume nouember

Octoberue december item quintilis aprilis. P.

Regulæ. x. pro ablatiuo.

In uis finitum: sicut nauis quoq; ciuis.
I uel e dat sexto: sic in guis format: ut anguis
In cris ceu uectis: in gnis uelut indicat ignis
In mnis ut hic amnis: Sic omne genus uelut ardens
Comparatiua simul melior peior bene monstrant
Et quecunq; dabunt is recto: quando preibit
Consona bina: uelut postis: dant: uel e sexto
Sumite duntaxat testis pestis quoq; uestis
Trix uerbale tenens ceu uictrix i uel e sume.
I uel e gentile arpinas frusinasq; creabit.

In is pro genitiuis.

Quod tenet is longum: si crescens est genitinus
Plurali dat ium: lis litis sume ut samnis.

Accusatiui in es & in is quandoq; sumit.

Si dat ium nomen genitiuis tunc bene reddit
Es similis quarto: colles hos dic quoq; collis
Rectus in is semper faciens in ium genitiuos:
Es & in is quartum finit: nam sæpe uidebis
Hos ignes ignis: hos omnes hosq; uel omnis
Pauca tamen recto quarto aut quinto tribuerunt
Is uelut e sardis alpis syrtis quoq; trallis
Tortellius docuit syrtis syrtes quoq; dici
Alpis ac alpes: quod Plinius usitat ipse
Trallis uel sardis plurali alpis quoq; trade
Lucanus primo dixit: nunc desuper alpis
Nubifere colles: terno quoq; protulit alpem
Nec quod in alpe fere pelligne tertius artis.

In is græca pro genitiuo.

Nomen in is græcum faciens & in os genitiuum
Præcedat tamen os si litera consona: semper
O mutabit in i monstrat simo is simoentos
Nam simoentis erit: dat adonis adonidos & dis
Huius adonis item: flectendi summa legatur.

Genitiuus græcus in os puram.

Grammaticus sexto monuit si fert genitiuus.
Os puram græcus: recto tunc rite pelasgum
Fit similis noster genitiuus: sic & adonis
Huius adonis habet: græce sed adonios effert

xx bis

Sic polios ue polis uariare Neapolis aiunt.

In is græca facientia genitiuum in dis.

Attica si reddunt is recto: & dis genitiuo
Tertius ac alter crescunt solummodo recto
Sunt similes quarti: sexti quoq; dicimus ergo
Hec tygris dis.di.tygrin.tygri quoq; tygri
Si secus inuenies: scito q̄ fiet abusus.
Lucanus dixit: flammis & tigride fœta. Li.x.
Tu tamen inuenies sæpe id dixisse poetas.
Sexto operis magni est defenditur ægide pectus. Oui.
Illius ambages imitatus in ibide dicar. Naso.
De ponto: est domino busyride iura timeres.
Tristibus in legi: celebrasse lycorida gallo.
Tum iuuenalis ait: condita in pixide lyde.
Thebaydos finis: diuinam æneida tenta.
Dat paris hic paridos paridis ue paris genitiuo
Huic paridi ue pari: parida & paridem: parin & rim
O pari siue paris: sexto ride siue pari dat.
De quinto uideas helenen: quum scribit amico.
Nam casus alios Maro fert: aliiq; poete.
Mater achillis habet thetis hæc thetidos thetidis ue
Huic thetidi quartus thetin atq; thetim uariabit.
O theti clamato sextus tide siue theti uult.
Thetis oceani coniunx dat tethyos huius.
Huic tethy: hanc tethym uel tethyn: clamoq; tethy.
Terminat a tethy.

In is græca pro accusatiuo.

Accusatiuus græcorum finiet in si
M dat romanis: tybrin tybrim fabarinq;
Et fabarim pandit.

In Is græca pro uocatiuo.

Si græci rectus tenet is: dabit i uocitanti.
Inde charybdis habet quintum uariare charybdi.

In Os.

Ferre nepos debet genitiuum rite nepotis.
Quippe leporis habet lepor atq; lepos genitiuum
Tum labor atq; labos debet uariare laboris.
Hic odor hic uel odos genitiuo tradit odoris.
Sic uariant clamor clamos color arbor & arbos
Flos floris: custos debet custodis habere.

Cos cotis formatːdotis uult quippe sacerdos.
Bos bouis usq boum plurali dat genitiuo.
Bobus uel bubus uarro fert plynius atq
Impos uel compos dant compotis impotis ambo
Os breue fert ossis:tamen os oris generabit.
Heros heroos ue herois dat genitiuo.
Minos minoos minois flectere debet
Tros troos trois: phocas id rettulit ample.
Protulit ac crispus minonis fulguret iram.
Hóc autem:quoniam minon quoq græcus & heron
Vsitat in recto:romanus fert quoq mino.
Vt leo siue draco:græci leon ac dracon aiunt
Exemplo minonis ait tranquillus & ipse.
Hic & athos recto uel athon uariare solemus
Huius athonis habet: sed tertius inquit athoni
Sumit athon quartus:uel athonem:& sumit athona
Clamat athos uel athon:sextus dat atho uel athone.
Aut athon aut rhodopen dixit georgica primo
Quot lepores in atho:tulit artis naso secundo
Ait caldarinus libro nasonis in ibin.
Dixit athos haud esse breuem capito quia magnum
Narrat athon recto maurum non rite tulisse.

In Vs.

Velleris hoc uellus pondus uult ponderis huius.
Muneris hoc munus:uulnus quoq uulneris edit
Fert holus hoc holeris: recte dabit hulceris hulcus
Hoc acus & aceris: ueteris uetus efferet apte
Pus puris puri pus pus a pure tenebit
Vtitur obliquis medicus sepissime celsus
Temporis hoc tempus:facinusq facinoris effert
Vult penus hoc penus hic hæc sibi nempe penus uult
Hocq pecus pecoris:pecus hæc pecudis uariabit
Sæpe pecu ueteres dixerunt:ac pecuare
Plurali pecua & pecuaria sepe tulerunt.
Vult lepus hic leporis:tamen intercus dabit utis:
Pigneris hoc pignus:uel pignoris edere debet.
Fœneris haud aliter fœnus:uel fœnoris affert.
Tellus telluris:mus muris:crus dato cruris
Rite palus ue salus: udis dabit atq salutis

78 bis

Incus incudi: suis & sus grus gruis effert
At ligur atq; ligus liguris debet uariare
Fert pelagus pelagi: uulgus uulgi retinebit
O pelage & pelagus uulge & uulgus uocitabis
Oedipus oedipodis debet uariare podos ue
Tertius oedipodi: quartus poda siue podem uult
Oedipode in sexto quintus tamen oedipu habebit
Oedipus ut graece uariatur quippe melampus
Odipodis magni thebaidos ultimus affer
Oedipi ait tranquillus enim de caesare dicens
Oedipo ait plauti comoedia poenulus olim.
Oedipodes etiam uelut anchises uariatur
Oedipodae confusa domus fert statius ipse.
Comparatiua quidem dicunt e uel i dare sexto
Id melior pandit meliore uel a meliori
Nam neutro ueteres tribuerunt or: uelut inquit
Grammaticus referens foedus prior esse apud illos.

In Aus.

Fraus fraudis generat laudis laus haec tenet apte.

In Ns. In Er. In Vr pro genitiuis.

Ns nomen habens genitiuu; um uel ium dat.
Pandit amans illud nam tum uel ium generabit
Er uel in ur rectus tantum dabit um genitiuus.
Sicq; pater patrum murmur quoq; rite murum uult
Exemplo tandem firmamus caetera cuncta.
Sicut apes apium uel apum.

In duas consonantes pro genitiuis.

Consona bina quidem rectum cum terminat edit
Sextus e reddit ium genitiuus dens tibi dente
Glandes glans monstrat uarians in ium genitiuos
Vm uel ium formare parens docuere poetae.

In bs ms ps pro genitiuis.

Bs siue ms ps si dictio finit.
Vm generat calibumq;: calibs & hyems hyemũ dic
Pum princeps etiam genitiuus ferre monemus
A caput ast in ium compostum flectere debet.
Syncopa ni fuerit panditq; bicepsq; tricepsq;
Bs & ps si sint monosyllaba forte
Vult genitiuus ium trabs urbs stirps indicat illud.

In ls ns rs pro genitiuis.

Ls siue ns rs quoq; dat genitiuum
Ante s ti iuncto puls pultis mons quoq; montis.
Iunge cohors flectens genitiuum rite cohortis
At glans dat glandis discors discordis habebit.
Format euntis iens abiens: rediensq; quiensq;
Præteriens simul sic cætera compositiua.
Quæ dat iens flecto uerum uult ambiens entis
Vpheus uphentis libripens libripendis habeto.
Lens animal lendis lens lentis dico legumen
Vnda maris capiti lendes deducit iniquas. Serenus

In Ans.

Quadrans quadrantis glans glandis reddere debet.

Omnis generis nomen pro ablatiuo.

Omne genus nomen retinens dabit i uel e sexto
Hic hæc hoc audax currens & amans manifestant

In Ens.

Nempe tridens flectit sextumq; tridente tridenti
Fuscina neptuni ge nerum nam sepe ualebit.
Esse trium prisci quoniam dixere tridenti.

In yns.

Hæc tiryns tirynthos habet tirynthis & huius.

In Ons.

Frons frontis capiti: frons frondis at arboris esto
Frons aliqui pro fronde negant certe reperitur.
Frons ait ipse uetus uarro dum rustica tractat
Protulit & uates dum frons tenera ipse secundo. In.g.
Nempe serenus ait cum baccho persica frondis.

In Vns.

Aruns aruntis proprium uariare docemus.

In Ars.

Ars artis pars partis agit mars martis & huius.

In Ers.

Flectit inertis iners generi quod iungitur omni

In Ors.

Hic hæc hoc concors concordis poscere debet
Hic hæc concordis tamen hoc concorde uetusti.
Sic & discordis uariarunt sæpe latini.

In Vrs.

Hic hæc hoc tyburs tyburtis finiet apte.

79

In Vls.

Puls pultis uariat.

In bs.ms.ps.

Bs.siue.ms.ps.quoq; dant genitiuum.

I si interponas:urbs urbis hyems hyemis dic

Sic & inops inopis:tamen hæc si contineant e.

Ante bs ps si non monosyllaba:uertunt

E per i sic princeps dat principis in genitiuo.

Gelibis & celebs: capitis composita mouebunt

S & tis iungent prius e per i uertere debent.

Anceps ancipitis præceps hinc præcipitis dat

Auceps præterea dabit aucupis e uariando.

In Abs.

Hic dat arabs arabis:trabs hec trabis euariabit

Ennius ipse trabes in recto protulit olim.

In Ebs.

Plæbs hec dat plæbis plæbs hec rite bei dat

Statius in quinto dixit fremit impia plæbes

Celibis at cælebs hic hæc uariare monemus.

In ybs.

Esto chalybs chalybis ferrum:populi chalybes sunt.

In Obs.

Scobs scobis hec poscit:scrobs hic hæc dat scrobis apte.

In Vrbs.

Vrbs urbis uariat:reliquis tu casibus adde.

In Aps.

Daps dapis hec generat.

In Eps.

Incerti generis dat Adeps adipis genitiuo

Varro adipes illa dixit dum rustica tractat.

Auceps preterea dabit aucupis e uariando.

In yps.in irps.

Cinypis hic cinyps est & fluuius garamantum

Stirs stirpis nomen romanum dicitur esse

Vt trabs siue trabes:plebs plebes:stirps quoq; stirpes

Dicimus:æneidos primo tibi seruius auctor.

Iu Ops.

Atq; pelops pelopis: hydrops hydropis habeto

In Et.it.ot.

Vrbs est italæ hoc nepet:quod non uariatur.
Hoc git git retinens:minime tu flectere debes
Sunt omnis generis tot quot:pluraliter usq;.

In Vt.

Fere caput capitis uolet occiput occipitisq;
Sincipitis profert hoc sinciput in genitiuo.

In Ax.

Fax facis:atq; facum pluraliter edere debet
Format abax abacis plerunq; abacus reperitur.
Pharnacis hic pharnax proprium uult:namq; secundo
Lucanus dixit: nec pharnacis arma relinquas.

In.x.pro ablatiuo.

Si tenet.x.nomen:sextum uariat per e nobis
A faxe fax:pellex a pellice:nix niue monstrant
Tu tamen excipias uerbalia trix retinendo.
Adiectiua simul quoniam dant i uel e sexto.
Hinc a uictrici uictriceq; dicito uictrix.
Hic hæc hoc atrox atroci fert & atroce.
Sic etiam leq; li debet formare suppellex

In Ex.

Grex gregis:inde gregum plurali iungere debet
Illicis hec ilex:rex regis lex quoq; legis.
Fert senis:hicq; senex:exlex exlegis habebit.

In Ix.

Pistrix hæc pistris pistricis dat genitiuo
Hæc pistris nauis dat pistris:seruius auctor
Fert decimo uates in pistrin desinit aluus
Pistris adest balbum scito proferre secundo.
Hinc poterit pistrix uel pistris belua dici.

In yx.

Styx stygis atq; stygos uariat:gi tertius effert
Hanc styga siue stygem: styx o:styge sextus habeto

In Ox.

Nox noctis:dat ium pluraliter in genitiuo:
Vox uocis:uocum plurali iungere debet.

In Vx.

Nux nucis atq; nucum:dux dat ducis adde ducumq;
Faux faucis dat ium pollux pollucis & effert.

In Alx.

Falx falcis generat plurali tradit iumq;.

80bis

Pro pede Calx calcis dat um pluraliter apte.

In Anx.

Lanx lancis per ium plurales dat genitiuos.

In yns.

Linx lincos lincis:lincum uariare notamus
Sphinx sphingos sphingis sphingum genitiuus habebit.

In Vnx.

Quincunx quincuncis. Sexcunx sexcuncis habeto
Coniugis at coniunx. Plurale tamen dabis in gum.

In Arx.

Arx arcis formans:per ium plurale tenebit.

Quarta declinatio. Tit.iiii.



Varta genus sumit primum muliebre ue neutrum
Terminat us quartam.uel & u flectendo latine
Quæ dant us quarte:sunt mascula fœmineiq;
Denotat hic cultus:domus hoc ostendit acusq;.
Dans u dic neutrum:ueluti cornuq; genuq;.

In Vs.

Rectus in us quartæ:dabit us longum genitiuo.
Poscit ui ternus:quartus dabit um:uocitansq;
Est similis recto:sextus tamen u retinebit.
Vs recto plurale dabit quarto quoq; quinto.
Fert genitiuus uum:dat ibus ternus quoq;,sextus
Sicq; manus manibus fructus uel fructibus edit.
Quæ tamen u seruant licet hic aperire latinis
Artubus hic artus uariat:non artibus autem.
Ars artis quoniam facit artibus:e uariando.
Arcubus arcus item flectit:quando arcibus effert
Arx arcis:partus dat partubus:haud tibus autem
Pars partis quoniam plurali partibus addit
Artus & arcus ubus discrimine dant quoq; partus
Præterea lacubus lacus hic:tribubus tribus hæc dat
Ficubus hæc ficus:portus quoq; portubus inquit
Hæc acus his acubus:quercus his quercubus affert
Hic aut hæc specubus specus edere debet ubiq;
Questubus hic questus flectit signando querelam
Testis enim ualla est:pro lucro questibus insit.
Sumit i pro lucro:tenet u pro nempe querela
Euentus ueluti uisus uariabitur usq;.
Hoc tamen euentum plurali euenta reflectit.

Partibus in cicero nã euenti causa notauit.
Euentũ dici poterit quodcũq; erit actũ. Lucre. i.
Abiussu legi:& permissu:non tamen ultra
Syllius in sexto nono & iusso tamen inquit.
Pelignus quarto iussi quoq; protulit huius
Inde hæc iussa fluunt.
Casibus in cunctis: quarto tñ um dat Iesus. g.
Centimanus proprio genitiuo centiman⁹ dat.

Ficus.

Hic ficus ficus uitium quartæ estq; marini.
Hæc ficus ficus pomum: ci & cus erit arbor.
Grammaticus sexto prudens sic colliget omnis
Valla tamen primo uitium uult esse secundæ.
Pro arbore uel fructu dat quartæ datq; secũdæ
Hic ficus fici pro fructu Plinius inquit
Hæc ficus fici sed pro arbore ponitur usq;
Hæc ficus ficus pro fructu ac arbore dicunt
Hic ficus ficus uel fici igitur uitium dic
Hic ficus fici fructum solũmodo dicas
Hæc ficus ficus fici pomum sit & arbor.

In V.

Rectus in u quarte nunq̃ uariabitur ulli
Post u tres casus pluralis sumere dic a.
Cornua demonstrãt: genitiuus uum retinebit
Tertius aut sextus dant cornibus u per i uerso.

Quinta declinatio Ti. v.

Vinta gen⁹ triplex fert masculeũ muliebre
Incertum iungas: sunt meridies acies ue
Hic aut hæcq; dies exempla per oĩa cũcta
Nomen in es longum quinte finire docemus

De genitiuo & uocatiuo.

Consona præcedẽs es quĩte sumito plæbes
Tradit e correptam genitiuo siue datiuo.
Namq; dei format fideiq; fides generabit.
At si præcedet uocalis: longa manebit.
Ostendit facies faciei siue diei
In quinta ueteres recto similem genitiuum
Ars sicut Diomedes ait uariare solebant.
Hæc acies huius acies tibi testis adesto.
Grammaticus uero genitiuum siue datiuũ

Flexerunt ueteres dixit ueluti quoq; sextum
Indicat hæc acies: huiusq; acie: huic acieq;
Pro fideiq; fide peligni tertius inquit.
Prima fide uocisq; rate tentam in asumpsit
Vtq; fide pignus sexto quoq; ptulit idẽ. in met.

De Accusatiuo: Vocatiuo: Ablatiuo.

Quartus in en finit. Quĩtus recto similatur.
Ablatiuus in e producto finiet usq;.

De plurali quintæ.

Sunt similes recto primæuo tres bene casus.
Ast ablatiuo rum iungere uult genitiuus
Tertius aut sextus pluralis finiet ebus
Quintæ plurales fugiunt tres nomina casus
Tris tantum poscũt rectũ quartum uocitantẽ
Ista tamen retinent casus pluraliter omnes
Hæc res atq; dies facies uel iungere debes
Nam Cato facierum inquit te summa docebit
Aeneidos quinto interpres profert aciebus.
Vtitur ille diem speciebus nempe secũdo. G.
Latius in summa flectendi perlege lector.

Patronymicorum formatio. Ti. vi.


St patronymicum format quod nomina patrum
Duntaxat græcis
Dant patronymicum per abusus nomina auorum
Et matrum fratrum regionum condiq; torum
Et regum ac urbis de quolibet accipe testem
Est athlanciadas ab auo cillenius ipse
Romulus iliades a matris nomine fertur.
Sunt phætontiades phætontis nempe sorores:
Troia creat troas: fert hemonia hemonis apte
Ciuis athenarum thesides cecropidesq;
Argolis urbs argos format colchi quoq; colchi:

In des patronymica.

Des patronymicũ retinens dic esse marinum
Sicut priamides pelides nestorides ue
Rectus in as græcus sed in ax faciẽs genitiuũ
Fert patronymicũ per ades pelias pelie sic
Peliades profert æneas æneadesq;
Aenides contra normã maro protulit olĩ. Pr.
Seruius in nono fert æneus illud habere

Rectus in es græcus si forte dat ax genitiuo
Sumit ades uel ides potius: sed ades reperitur
Inde butes butades corinetes nempe tides uult
Nec patronymicũ genitiuos primiq; tiui
Vincere deberet lector nisi syllaba in una
Ast anchisiades anchises ꝑ anchisades fert
Laertes etiam laertiades generabit.
Ei genitiuus habens aut i uel is uariando
Finit ides priamus priami sic priamides fert
Nestorides nestor dans nestoris edere debet
Peleus pelides thesides da tibi theseus.
I longũ sed eniȝ pro ei ponim⁹ ut docuerũt. P.
Quod datiuertit per a tunc i suscipit & des.
Inde menetiades uult ferre menetius apte
Inuenies autẽ quandoq; elemẽta poetas
Addere & eximere: & sic peliades reperitur
His propelides: hi deucalides quoq; dicunt.
In as: in is: in ne patronymica.
Fœmineum certe uel in as uel in is reperitur
Aut ne: ut nerine: uel pelias eolis atq;
Fœmineum recte sit de mare de remouendo:
Aeolides monstrat dans eolis: æneadesq;
Aeneas formans: licet æneis maro dicat.
I longum retinens prædes sẽper muliebre
Fert es uel eis: thesides theseis atq;
Theseis monstrat: nerides nereis adde
Nereis ingreditur fert undecimo tibi naso.
Et tibi ob inuidiã nereides increpitarẽt. Pro. ii.
In ne patronymica.
I longum retinent in ne certe ante supremum
Si uocale tamen non sumit i primiq; tiuum.
Inde adrastine adrastus nereus quoq; recte
Nerine format. Si sumit i primiq; tiuum
O longum prene reperitur iam bene pandit.
Acrisius: quonam bene dicitur Acrisione.
Hinc possessiuum Acrisioneus Maro profert
Acrisoneis Danæ fundasse colonis.
Grãmatic⁹ meminit. Tamẽ inquit Serui⁹ illic
Acrisioneis danæ patronymicon esse.
Patronymicorum declinatio. Ti. vii.

Flectuntur primæ ceu patronymica nomen
Quæ dant es recto:sed mascula semper habentur
In des patronymica.
Tyndarides rectus:sit tyndaride genitiuus.
Sicq; datiuus erit:quartus dan quippe tenebit.
Deq; uocatiuus uel sextus sumere debent.
Hi dic Tyndaride genitiuo tyndaridarum
Tyndaridum q; simul: dic tyndaridisq; datiuo.
Tyndaridas quarto:sed quinti tyndaride sunt
Tyndaridis sexto. Pelides Nestorides sic
Teste quidem phoca dant patronymica semper
N quarto potius:demonstrat scipiades id
Scipiaden faciens:sed flaccus scipiadam fert
E quinto & sexto patronymicon accipit in des
Atrida hic ualuit uariare Propertius olim
Non ita dardanio gauisus atrida triumpho.

In as patronymica.

Pelias hec format genitiuum peliades dos
Fert huic peliadi:sed peliadem da ue quartus
Pelia uult quintus peliade sextus habebit.
Peliades rectus: genitiuus peliadum fert
Tertius aut sextus retinentibus addite quarto
Peliades nostro græcus peliadas effert
O dic peliades uel in as ita flectito cuncta:

In is patronymica.

Tyndaris in recto:genitiuo tyndaridis dos
Dic huic tyndaridi:uult quartus tyndaridem da.
Tyndari clamato:sextus ride sumere debet
Hæc dic tyndarides genitiuo tyndaridum dic.
His ridibus uaria: quartus das des retinebit
O uult tyndarides:ridibus tamen ultimus effert.

In e græca. Ti. viii.

E Dans productum muliebre genus sibi querit
Vt libye euterpe nerine:græcula cuncta.
At libye libyes græcorum more reflectit.
Huic libye quarto libyen libye: libye post
Penelope sic & nerine sic quoq; plura.
Moreq; romano libya hæc libye uariamus.

Octo nomina secundum modum
pronominum imitantia. Ti. ix.


Nus & unius:totus totius & ullus
Vllius generat nullus nullius & alter
Alterius solus solius dat genitiuo
Fert uter utrius alius generabit alius
Vnus uel solus totus quoq; dant uocitantē
Neuter neutra quidem neutrū neutri⁹ habebit
Vel neutri neutre neutri bene flectere possū
Flexerunt ueteres octo iam nomina dicta
Doctus docta uelut doctum uariare solemus.
Dicimus ipsius ueteres ipsi uariarum
Sic illi ac isti:nunc ius cuncta tenebit.

Carentia uocatiuis. Ti.x.


Vinto nēpe caret quod partiet atq; negabit
Distribuit ue refert nomen ue interrogat omne
Infinita simul:monstrat tibi nullius & alter
Ac alius qualis quis quantus quilibet ullus,
Alteruter talis uel tantus uter uel uterq;
Sic etiā bini & terni quini quoq; deni.Pr.

Composita e duobus rectis. Ti.xi.


I componūtur duo recti ambo uariant̄
Hinc quitus fabi⁹ quiti fabii generabit
Alteruter debet rectū uariare supremū
Sic & bolusarū rosmarinū uariant̄.
Rorismarini nam rosmarinus habebit.
Latius in sūma flectendi cuncta probantur
Tullius atq; Cato ueteres alii quoq; plures.
Hinc inde alteruter uoluerunt flectere quondā.

Cōposita ex recto & obliquo. Ti.xii.


Bliquus recto coniunct⁹ non uariat̄
Idq; paterpatrie patrispatrie bene pādit
Sic plæbiscitum plæbisciti uariabit.


Cōposita e duob⁹ genitiuis. Ti.xiii.
Ini compositi genitiui non uariantur
Isti⁹ illa modi cuiusmodi pādere possūt

Carētia casu & numero. Ti.xiiii.


Aec aliquos renuūt casus numerrum uel utrunq;
Fors a forte dabit mactus macte hi quoq; macti
Hunc laterem latere ac lateres lateris teribusq;
Sponte petit sextum:spontis fert uarro secundo.
Spontis item celsus:primo in titulo quoq; dixit

Sæpius inuenies ditionis uel ditioni
Accusatiuo ditionem cum ditione
Flamine plurali dat flamina flaminibusq;
Huius erit tabi tabo a tabo quoq; tantum
Hæc tabes tabis recipit tabem quoq; tabe
Lente inquit tabis post sextū liuius auctor
Est recti satias saties uel cætera desunt.
Suppetiæ tantum uel suppetias reperimus.
Inficias solum: de quo laurentius ample
Nempe lues ue luem dicemus cum lue tantū
Hic astus ue astus astu & pluraliter astus
Aleo uult rectū quintū quoq; ganeo iūgas
Sed ganeonem Cicero pro sextio inquit.
Hoc & tantundē genitiuo tantidē effert.
Accusatiuo tantumdem dicito Natu.
Verberis atq; beri solumq; a uerbere dicas:
Verbera plurali declinet tertius ordo.
Ab iussu legi & permissu: non tamen ultra:
Hoc plus pluris habēs hoc plus tātū retinebit.
Ast adiectiuum plurali dicimus esse.
Nam plures & plura tenet uel pluria quondam.
Huius opis dat opē uel ab hac ope: non tñ ultra
Plurali cunctis id casibus omnibus heret.
Dic uicis in patrio: quartoq; uicē uice sexto:
Pluralis genitiu⁹ abest reliqui tamē insunt.
Hæc uis uis huius quarto uim: uí quoq; sexto:
Plurali cunctos debes tu iungere casus.
Vires plurali tradit nunc: uis tamen olim:
Has uis hinc dixit Lucretius ipse secūdo
Viscere duntaxat sic obiice iungito sexto:
At totum plurale petunt. Phoc.
Dixerunt uiscus Lucilius atq; Serenus:
Tranquillusq; etiam Vitelli gesta renarrans
Vtitur & Celsus sæpissime: tu quoq; dicas
Tu ꝑcis atq; ꝑci præce solum flectere debes.
Quarta ꝑcem Plauti comœdia ꝓtulit olim.
Huic frugi hanc frugem fruge plurale tenebūt
Hæc frux & fruges recto tribuere uetusti.
Os mare: far: mulsū: uinum: meli⁹ quoq; morū:
Aes defructūq; forū: rus: tus: simul hordea iūge:

Plurali recto quarto quinto quoq; tantum
Oribus: ac maribus: uinis moris reperitur:
Aeribus ac æıum.
Vergilius profert octauo atq; oribus ora:
In decimo dixit quinquaginta oribus ignẽ:
Oribus & profert Tulli natura deorum:
Plinius in terno dixit quoq; iuribus olim.

Quæ carent plurali uel singulari. Ti.xv.

PLuralẽ fugiunt hoīm uel noīa diuum
Montis siluarũ fluuiorum siue locorũ
Vrbis itẽ quãdoq; tamẽ pluraliter usus
Declinat solũ: fundi docet atq; Velitre.
Inuenies etiam fabios mariosq; catones.

Masculina singularia. Tit.xvi.

ILla quidem numeri primeui & mascula sunto
Sanguis: sal pontus mundus pul uis fimus aer
Et penus & uesper genuinus cancer & ether
Muscus: sol fumus limus ueneris quoq; cestus
Legimus at mũdos salibus fumos quoq; fumis
Plures ac soles uel solibus ipse religi.
Tum natura deum ciceronis fert genuini.

Fœminina singularia. Tit.xvii.

SVnt hæc fœminei nũero flectẽda priori
Gloria fama salus sapientia cũ lue: tabes
Tũ sitis & proles amentia pax humus atq;
Pernicies ue penus contagio uespera gaʒa
Pix saniesq; fames rabies facundia arena.
Mors caries ue fides lux uitaq; uel fuga tellus
Sic quoq; paupertas soboles dementia culpa:
Adde senecta simul ue senectus adde iuuẽtus:
Sic & auaritiam uecordia siue iuuenta
Sic etiam labes insania sic quoq; plura
Lucibus & luces uitas paces reperitur
Sic & amicitias labes gaʒas & arenas
Flacc⁹ ait paces plaut⁹ quoq; pacib⁹ inqt.ĩ par.
Inuenies etiam relegendo plurima lector.

Neutra singularia. Tit.xviii.

NEutra nefas sensum uirus ador atq; macellum
Pus ue solum lætum fœnum nil iungito cœnum
Fas uulgus pelagus ue gelu uir namq; pascha.

Iunge crocum uiſcum mane æuum iungito lac hir.
Halec iuſtitium baratrum ſimul addere debes
Tum nihilum ue piper triticum ue penum ſoliumq̃.
Adde ſalum uitrumq̃ nihil ueſperq̃ neceſſe.
Hinc milium plumbum ferrum ſimul atq̃ oricalchum
Sic cicer ac oleum ſtagnumq̃ lutumq̃ notabis
His aurum argentum uel acetum iungere debes
Inueni loliis eius ſola iunge macellis.
Arida uel liquida ad menſuram quæ referuntur
Aut pondus minime numero flectuntur utroq̃
Id triticum monſtrat fœnum cicer: ac oleum mel
Multa tamen ueteres ex his pluraliter edunt.
Hordea farra uelut mella & frumentaq̃ uina
De fruta mulſa fabis muſtis uinis quoq̃ lentes.

Maſculina pluralia. Ti. xix.

Primores proceres cani: liberiq̃ penates
Maiores lemures ſuperi ue fori quoq̃ manes
Primates ueſales faſces antes codicilli.
Carceres & caſſes piſces uepreſq̃ quirites
Inde pugillates faſti: mores lucereſq̃.
Cancelli atq̃ lares tacienſes inferi & adde.
Sunt etiam ſocri gabii ueii quoq̃ ſentes
Natales loculi uel amores addito ludi
Circenſes gemini geniales: atq̃ minores
Poſteri & annales optimates numerentur
Inuenies procerem ue quiriti ſiue quiritem
Inde pugillarem ſed pugillaria quondam
Nempe catullus ait: Naſo quoq̃ uepre notauit.

Fœminina pluralia. Ti. xx.

Plurali numero muliebria iuncta canemus
Induciæ feriæ lactes none ue calende.
Aut idus therme palee ſeu nundine dire
Primitie excubie exuuie uel littere trice
Inde plage ſordes adduntur ſuppetie ue;.
Gratie quando dee dicuntur iungito crates
Aedis fit templum templa atq̃ domus tamen edes
Inferie exequie inficias canteſq̃ mineue.
Quiſquilie ambages & opes nuge quoq̃ cune
Blanditie phalere inſidie latebre ſimul inſunt:
Nuptie & illecebre ſcale nareſq̃ geneq̃

Hinc inimicitie tenebre scope ue notentur
Antie quadrige antenne grates quoqȝ ualue
Reliquie ue fores clitelle siue latine.
Manubie bigeqȝ facetie delitieqȝ:
Hic cerimonie decretales quoqȝ frige
Hæc lactis paleam reperitur & inde latebra
Blanditia ambage & dire huius gratia: biga
Huius quadrige cerimonia delitiaqȝ
Hic inimicitiam foris atqȝ forem fore legi.
Illecebramqȝ gene in patrio: naris quoqȝ nare
Ars uult que constant ex pluribus esse latinis
Pluralis solum uates tamen & secus aiunt. S.
Cancelli id palee bige scope quoqȝ monstrant.

Neutra plurali. Ti.xxi.

HAec numero soli plurali neutra tulerunt
Ilia lustra simul precordia mœnia castra.
Rostra quidem tempe cunabula feria liba
Arma iuga aut spolia & sic exta mapalia serta
Adde intestina & sponsalia milia tesqua.
Spectacla effata atqȝ cibaria classica pondo.
Bactra cithera simul carchesia tenthyra flabra
Inde parentalia & solennia iungimus iisdem
Lumina uel lachana & magalia connumerentur
Orgia iusta simul coniunge ceraunia dictis.
Ostrea tripudia & palearia pascua iunge
Nomina festorum quod bacchanalia monstrant
His quoqȝ iungentur georgica buccolica ue
Tu plura inuenies istis relegendo latinos
Sæpe iugum & spolium libum quoqȝ legimus ipsum
Lumen item pro oculis lachani fert ille catinum. Hor.

Masculina in singulari in plu
rali neutra. Ti.xxii.

HAec primo in numero sunt mascula neutra secundo
Dindymus infernus: uel tartarus ismarus atqȝ
Menalus addatur uel tenarus adde & auernus
Massicus appones seu gargarus adiiciemus
Pileus his etiam iungatur carbasus ipse
Supparus hinc tribuit plurali suppariqȝ
Sibilus hic profert hæc sibila liqȝ latinis
Baltea siue rei plurali balteus inquit

85

Nempe iocus ioca siue ioci retinere notatur
Sicq; locus loca siue loci uariare ualebit.

Fœminina in singulari in
plurali neutra. Ti.xxiii.

Hectilia in numero plurali quere supellex
Intibns: hic phocas: Diomedes hic docet ipse.
Intibus inflectit pluralia nempe marina
Intybum & hoc debet pluraliter intyba ferre
Plinius hoc pacto uariat.
Arbutus arbor erit pluraleq; tos retinebit
Arbutum erit pomum pluraliter arbuta flectens.

Neutra in singulari in plurali masculina & neutra.

Hoc porrum hic porri porra hæc pluraliter edit
Sic frenum & filum uariant rastrumq; forumq;
Hoc celum hic celi sic argos suscipit argi

Neutra in singulari in plurali fœminina. Ti.xxv.

Hoc epulum neutrale tenens epulas uariabit
Sic quoq; delictum pluraliter edere debet
Balq; neum nea siue nee poterit uariare.

Diuersi recti in eodem genere. Ti.xxvi.

Eiusdem generis rectus diuersus habetur.
Hic arar hic araris simul hoc iter hoc itinerq;
Hic titan titanus item gongrus quoq; gonger
Delphinus delphin delphis simul euariatur
Hic arabus uel arabs abacus uel abax reperitur
Prosperus aut prosper ue nouember siue nouembris
Aethiops æthiopus teucer teucrus bene fertur
Euander tymber simul euandrus quoq; tymbrus
Hæc apis hæc & apes plebs plebes dicitur apte
Heros atq; heron minos minonq; tulerunt
Tum ligus atq; ligur uel achilleus hic & achilles
Gobius hic aiunt uel gobio sic elephas hic
Hic elephantus habet: Sors hec uel sortis habeto
Nempe trabes quondam modo trabs uariatur ubiq;
Dicimus hæc lampas plautus dat lampada recto
Mugilis aut mugil phorcin phorcis quoq; phorcus
Hic cucumer cucumis ue feres adipes uel adepsq;
Hic cinis atq; ciner puluis quoq; puluer habebit
Vomis & hic uomer tybris aut tyberis reperitur
Hæc cassis legitur uel cassida quod maro dixit.

Hic labor atq; labos: lepor hic uel lepos quoq; leg
Hic honor aut hi c honos: arbos hec arbor habeto
Hic odor hic & odos uapor atq; uapos reperimus.
Clamor & hic clamos fabius docet omnia primo
Eius amos retines plauti comœdia quinta
Dicimus hic torris torrus tamen ennius in quit
Hic tapes hocq; tapete simul dixere tapetum.

Duplicis nomina declinationis. Ti. xxvii.



Rdinis hæc sunto tum quarti tumq; secundi
Hæc laurus quercus cornus ficus domus atq;
Arquus celestis colus hæc uel iungito pinus
Hic animal cancer cancri est cœlesteq; signum
Canceris hoc cancer morbum tamen esse notarunt
A celso morbus cancer cancri quoq; fertur
Insomnis solum uelut exsomnis reperitur
Semisomnus enim uel semisomnis habetur
Acer & infirmus uel inermus dic hilarusq;
Acris & infirmis uel inermis dic hilarisue.
Dic biiugus biiugis sic quadriiugus uariatur
Infrenusq; etiam sic exanimus uel inermus.
Vnanimusq; simul.

A Quis & Qui deducta. Ti. xx viii.



Ost quis nanq; piam sine qui coniunge putas q̃
Sine alius nunquis simul en præponere debes
Dam uis cunq; libet sine quis qui continet apte
Quisquis uel quicquid recti est quarti quoq; quicquid
A quoquo retinet uel quaqua nempe supremus
In plauto mulier fert cistelaria quisquis.

Composita pronomina. Ti. xxix.



Dem eadem uel idem certe is demum quoq; formant
Fert egomet recte cunctis in casibus unus
Pluralis numeri ceu nostrum sumere uitat:
Met datur obliquis tu cunctis attamen omnis
Pluralis capiunt casus præter genitiuum
Non dixere tumet uerbum quia posset haberi
Tu temet in recto tantummodo tute ue fertur,
Tu suimet sibimet semet quoq; sæpe uidebis
Sunt tete meme sese quarti quoq; sexti
In sexto pte breuem capiunt pronomina quinq;
Possessiua quidem non rapte meapte tuapte

86

Atq; suapte simul vestrapteue pandere possunt.
Hircius ac Cicero dixerunt sæpe suopte.
Ingenio plauti comœdia quarta tuopte
In decimaquarta legi dixisse meopte
Casibus antiqui cederunt omnibus olim
Hic,hæc hoc quare dixerunt hicce vel hecce.
Hocce simul reliqui solum iunxere minores
Obliquis illis S quorum finis habetur.
Hinc huiusce tenet genitiuus tertius hisce
Hisce etiam recto plurali.Comicus infit.in capt.
Hosce uel hasce tenet quartus sextus capit hisce
Nobiscum dices tecum mecum quoq; secum
Cum nobis cum te cum me cũ se tamen olim.

Finit carmen declinationis.

Carmen de generibus per Ant.
Mancinellum libro secundo.

PRopria cuncta uirum sunt mascula siue deorum
Fœminei generis mulierum nomina sunto
Omne quidem mensis nomen dic esse marinum.

Auium nomina.

Sunt auium semper promiscua noĩa lector.
Gallus gallinã retinens dic esse marini.
Sicq; columbus erit legit᷑ nã sæpe colũba
Iunge mari phœnix lucani sextus habebit.
Aut cinis eoa positi phœnicis in ala.
Bubo tamẽ cõmune gen⁹ retinere memẽto.
Grus etiam cõmune dabit cõmuneq; turtur
Alcyon hic hæc dat dicunt alcedo latini. Var.
Oestrus apũ species generi cõcede marino.Pl.

Flumina.

Flumĩa masculeũ repetunt rhenus bene pãdit:
Aut flumen rhenũ sed Horati⁹ inquit in arte.
Octauo tribuit Strabo caucon sed muliebri:
Alia fœmineuʒ peligni primus in arte.
Protulit enarrans sanguinolenta fuit.
Et dãnata diu romanis allia festis. Luc.vii.
Clauigeri & tanto est albula pota deo.in fast.
Plemmyriũ neutrale gen⁹ dic poscere sẽper
Crustumium neutro tribuis lucane secundo
In titulo primo terdeni plinius inquit.

Elatum archadiæ flumen sterilis facit atq;
Flumen aphrodisium pirrhee.
Quippe iugurthino neutrum muthul ipse relegi
Lethe orci fluuius retinet genus hæc muliebre.

Arborum nomina.

Arboris omne ferunt nomen muliebre latinum.
Hoc robur subei fert plinius hic oleaster.
Hic rubus esto frutex cytisus dumus quoq; uepres
Manditur apta rubus gingiuis fertq; serenus
Hæc tuber est arbor tuberes hinc plinius inquit.
Proq; suis ponis tuberes quoq; legimus ipsi. in mar.
Arboris hoc tuber uicium fungus simul esto
Molle siler fruticem uult plinius esse maro fert.
Pruni arbor spinus maris est ut Seruius inquit
Hæc hebenus simul hoc hebenum dixere poete.
Est bdelium neutri neutri quoq; balsama cernes.

Numeralia.

Omnia discamus quæ sunt numeralia ab uno
Ad tres flectuntur monstrant unus duo tresq;
Quattuor ad centum pluralia sunt generisq;
Omnis: nec uariant a centum compositiua
Sic etiam fiunt tercentum comprobat illud
Ast ad nongentos pluraliter atq; ducentis
Flectuntur ueluti docti docte quoq; docta
Hoc centenarium dic ordinis esse secundi.
Hoc & mille quidem plurali milia iungit.
Mille etiam sumet: pluraliter omne genusq;.

In a.

Nomen a dans retinet primum genus atq; secundum
Commune & neutrum muliebria dicimus illa
Charta catapultam catarectaue margaritaq;
Officii nomen quod a terminat estq; uirorum.
Duntaxat generi semper coniunge marino.
Quod tibi demonstrat scriba hic collegaq; lixa
Additur his nauta & popa scurra sophista poeta.
Perfuga iungatur uel transfuga siue lanista
Iunge planeta simul scytha uel citharista cometa
Pincerna assecla.
Composita a uerbis uel deriuatiua reposcunt
Pol commune genus recte conuiua docebit.

87

Paricꝫ cida simul sic aduena graiugenaqꝫ
Cœlicola agricola & sic plurima dardanidaqꝫ
Sic homicida feras auriga pedissequa uerna.
Fabius æmilius tum uarro dedissequus aiunt
Cætera si propria aut appellatiua manebunt
Fœmineo tradas ut curia musaue rhoma
Inuenies autem promiscua nomina quædam.
Masculei generis pandunt hic talpaqꝫ damma
Quamuis hæc etiam muliebri iungier aiunt.
Nomen A dans neutrum rhomanum non reperitur
A græcum ueluti probleuma toreuma poema.
Mammona uel manna quæ hebrea hieronymus inquit
Sunt elementorum pol nomina cuncta apud omnes
Et neutri generis nec declinantur ut.a.b.
Nomina cuncta quidem pluralia quæ retinent a.
Neutrali generi debent adiungier usqꝫ
Arma hæc armorum demonstrant feria castra.

In E.

Quod dat e correptum neutrale genus retinebit
Ad mare demonstrat præsepeqꝫ siue monile.
Ast certe & tempe pluralia neutra monemus
Vergilius quinto profert immania cete.
Sæpius hic cetus dixit manilius olim
E dans productum muliebre genus sibi querit.
Euterpe libye grecorum nomina pandunt.

In i & y.

Nomen in i capiet neutrum genus illa docebunt
Moly epi & doci gummi coniunge sinapi
Protulit at plautus teritur scelerata sinapis.in pseu.
Et columella refert fletum factura sinapis
Qualis & est gummis terno in decimo tulit idem
Sunt frugi & nihili nauci uel mancipi ut aiunt
Obliqui cunctis iunguntur casibus apte.
Nempe figurate generi iunguntur & omni
Omne genus querit compositum per genitiuos.
Istius idqꝫ modi cuiusmodi pandere possunt.

In eo & io.

Si dat eo nomen generi concede marino:
Aleo sit testis labeo quoqꝫ ganeo siue
Nomen io retinens lector iocunde latinum

Non uerbale quidem nec participale manendo
Masculeo iungas ut stellio curculione
Istrio centurio quibus unio talio siue
In sexto uallam cernes iunxisse libello.
Si uerbale foret uel participale genus: tunc
Fœmineum poscit docet actio lectio: siue
In go & do nomen si uertitur operi forte
Est muliebre quidem cape uirgo hæc uirginis edens.
Carthago fuligo simul dulcedo cupido.
Et mulier uirgo: puer inuestis quoq; uirgo
Marcellus docuit: quare hic hæc dicito uirgo
Masculei generis dic esse cupido latine
Nomen amoris habens: iam normæ tollimus isti
Ordinis hic ordo: uel cardinis hic quoq; cardo
Marginis hic margo tamen hæc reperitur eidem
Cætera iam debent genus hic retinere marinum.
Buso docet magno ligo tyro spadoq; mucro.
At caro femineo generi coniungere debes.
Dantur homo bubo communia nemo latroq;
Pando genus neutrale tenet: pluraleq; semper.
Ambo duoq; simul maris & neutri reperimus
Presto omni generi cum sum coniungitur usq;.

In V.

Postulat u neutrum docet hoc cornuq; uerutq;.

In C.

In c neutra duo reperimus lac simul halec.
Halec fœmineo generi quoq; iungier aiunt
Cui portant gaudens ancilla parapside rubra.
Halecem: sed quam protinus illa uorat. Mar.

In D.

Si d quidem finit nomen: genus est sibi neutrum.
Id quid demonstrat: uel quod tibi: sic aliudq;.

In T.

In t neutra feras: caput hoc & succiput: atq;
Occiput ostendunt: git nepet: quod notat urbem
Sunt omnis generis tot quot: uel compositiua

In Al.

Quum tenet al nomen: debes tu iungere neutro
Vectigal pandit ceruical siue tribunal.
Sal maris est generis: neutro & iunxere uetusti

In El.

El breue dic neutrí:fel melqꝫ exēpla teneto.
Dant ia productū tamen el sūt barbara cuncta
Masculei ut gabriel ue raphael siue michael.
Balbus ait sexto flagranti crine michael.

In Il.

Iunge mari mugil pugil & tanaquil muliebri.
Mugilis hic etiam tribuit recto iuuenalis.
Communis uigil est:neutrali do nihil & nil.

In Ol.

Ol dans est unum dumtaxat:scilicet hic sol.

In Vl.

Hic maris est consul:cōmunis præsul & exul.
At phocas præsul generis docet esse marini.
Vrbs suthulatqꝫ muthul flumē:neutralia ponis
Crispe iugurthinæ conditor historiæ.

In Am.

Vtroqꝫ in numero nequam gen⁹ omne tenebit.

In Em.

Neutri est tantundem:totidē pluralis & omnis.

In Im.

Cim uici nomen neutrali iungere debes.

In Vm.

Si tenet um nomen neutrali iungito semper.
Vt templum regnum mulierū propria tolle.

In An.

Quum græcū nomē dabit an retinere gen⁹ uult
Illud idem græcū:pan titan mascula sic sunt.

In En breue.

En breue quæ retinent sint a cano cōpositiua
Masculeum querunt cen tibicen tubicen ue
Altera cuncta tenēt en quæ breue:dicito neutra
Vt numen stamen solamen iungito semen.
Excipitur flamen pecten quoqꝫ nempe marina.

In En productum.

Nomina si capient En longum:sintqꝫ latina
Masculeo trades:ut splenqꝫ lienqꝫ rien ren
Græca quidē Syren uel troezen fœminei sūt
Hic at Hymen damen uel seben mascula dicūt.

In In.

In dat hic:ut delphin uel phoecyn noīa græca
Vrbis & Eleusin proprium muliebre tenebit.

In on.

Vrbis in on proprium generi concede secūdo.
Exemplū babylon sydon quoq; sumitur apte
Ilion at neutri per ium uariatur apud nos
Indicat Ausonius mihi barbiton hoc retinere
Dicens & chordas & plectra & barbita conde
Barbitos hæc etiā reperit̄. Horatius hic fert
Sindō fœminei generis quoq; dicere debes
Hic helicon dæmon maris insūt:sic quoq; plura
Hic hæc phytō hēt demōstrāt delphica phytō, T.
Pelignus primo:tumidum phytona reliquit
Quæ uero in græcis retinēt on neutra uocabo
Si nobis on in um conuertere rite ualebunt
Indicat hoc p̄ston:nam præstū nos uariamus.

In Ar.

Hic arar aut araris:nar lar quoq; iunge marino
Par tenet omne genus:sic eius compositiua
Omne aliud nomen romanum quod dabit ar:fit
Iam neutri generis:laquear docet atq; lupanar.

In Er.

Quod dat er & fuerit nomen fortasse secundæ
Sit maris:auster ager sacer indicat ac oleaster
Sin ternæ fuerit:ber uer dans:sit tibi neutrum
Ver docet & tuber suberq; cadauer & huber
Hic imber tollas ex ipso compositumq;
Mulciber october september siue nouember.
Hic hæc puber habet:dans puberis in gtō.S.
Hic hæc impuber componitur inde decenter
Præterea fœtus terre:si terna reflectit
Sunt neutri generis uelut hoc cicer atq; papauer
Et ciser & lasser:neutrum siler hoc quoq; sumet
Hæc acer excipias aceris sibi dans genitiuum
Hic etiam cucumer tollas:quia masculeum fert
Hociter accipiet:spinter simul addito uesper
Altera nempe;maris generis dicenda monem?
Agger ut & passer frater pater asser equester
Carcer & hic addas:nel cancer siue paluster
Hoc cancer ueteres de morbo canceris aiunt

89

Ast mulier mater femellum quippe tenebunt
Hic linter græci: nos hæc uariare solemus
Pauper communis generis sit paupera res est.
Plautus ait quodã: cõmunia sunt simul huber
Degener ac acer celeberq; alacerq; saluber
Quãuis sæpe alacris celebris uel acris ue salubris
Fœmineũ faciant tamen inueniunt: hic hæc u'
Er uel is: in sexto uates tibi mõstrat aperte.
Anchises alacris palmas utrasq; tetendit.
Hic uolucer uolucris dabit hæc uolucre hoc: qa recta
Consuetudo genus magis est er ferre marinum
Acis fœmineũ: quorum neutralia daut e.
Hic celer hæc celeris: celere hoc exẽpla teneto.
Sic & æquester erit ue pedester siue paluster.
Campester: siluester itẽ quibus adde sequester.
Fœmineũ cuius phocas uult esse sequestra:
Vndeno uates hinc dixit pace sequestra.

In ir.

Ir tenet hic ut uir: leuir treuir uel abadir.
Neutrali gadir iungit salustius ipse.
Hir pyr dic neutri: martyr commune reseruat.

In or.

Or commune gen⁹ retinet per cõparatiua
Vt melior ue minor fœlicior: hic senior dat
Vt probus edocuit: quod sergius asserit ample.
Plinius undecimo: sed dixit apes seniores.
Cætera cuncta maris: ueluti doctorq; laborq;.
Fœmineo generi iungas soror arbor & uxor.
Cor æquor marmor neutralia robor adorq;.
Hæc cõmune gen⁹ græcorũ more tenebunt.
Immemor atq; memor: cõposita e corpore iũgas
Atq; decore colore simul: uelut ídec or hic hæc
Discolor addatur uel cõcolor atq; tricorpor
Naso in amore tamẽ uolat inqt discolor agmen
Littora de lino fert uersicoloria quidam. Pl.
Grãmaticus quinto memor hic hæc asserit esse
Quippe trium generũ phocas uult legim⁹ inde
Aeneidos quarto: iustũq; memorq; ꝑcatur.
Hic hæc hocq; memor docuit quoq; dicier ille
Post sextum: plurale tamen neutrale negauit.

Auctor communae est si fertur ab auctoritate.
Hic auctor tandem descendit ab augeo quãdo
Hæc auctrix format uerbalia cũcta por sic
In trix fœmineũ faciunt: hinc uictor habebit
Hæc uictrix cultor cultrix: tonsor quoq; tõstrix.
In Vr.
Appellatiuum uolucrum: gentileq; nomen
X retinens: uel te prius ut dic esse marina.
Vultur id ostendit pandit simul astur & anxur
Hic anxur marc⁊: sed horatius hoc tñ inquia
Iunge mali furfur: turtur cõmune tenebit
Est commune ligur Verbalia nomina terne
Quando homini possũt imponi: tradito cũcta
Communi generi demonstrat fur simul augur.
Masculei satur est: uariat quod nẽpe secunda.
Altera cuncta quidem neutralia dictio pandit
Hoc murmur sulphur guttur tybur iecur atq;.
In As.
As latium gentile tamen cõmune notato.
Arpinas frusinas possunt id pãdere cunctis
Cætera fœminei generis dic esse: docebunt
Hæc pietas probitas. Generi cõcede marino
Mœcenas lenas hominũ quia ꝓpria fiunt.
Ista marina ferũt boreas absq; gigasq;
Vas uadis & mas as simul his adiũge tyaras.
Neutra tamen dicunt uas uasis fasq; nefasq;
Omne genus nugas indeclinabile poscit.
Hic hæc arcas habet nomen gentile pelasgum.
Græca gen⁊ ꝓpriũ nobis plerumq; reseruant.
In Es correptum.
Es dans correptum: maris & si fœmineiq;
Ac adiectiuum neutri poteris tamen esse.
Vult cõmune gen⁊ Comes id milesq; teresq;
Ac hebes & ꝑpes demõstrant: adde superstes
Inquies & diues sospes iũgant: & hospes
Antistes quanuis antistita sospita possis
Hospita fœmineum lector iam tu reperire
Grãmaticus quinto cõmunia: protulit esse
Hospes hebesq; teres sospes quoq; septim⁊ eius
Hæc eadẽ triplici genere coniuncta docebit.

Ast ablatiuum dant hospite sospite tantum.
Es commune tenens neutro coniungier aiunt:
Vergilius. Tereti mos est aptare flagello.
Depositum tibi sospes erit dixit iuuenalis.
Marmore diues opus liber inquit primus in arte
Diues naturæ regnum quarto quoq; casu
Maximus introitu uoluit proferre secundi.
Neutrali generi iunxit Teres ipse Catullus.
Lucanus scribit: Rerum nos summa sequetur
Imperiumq; comes: Iam cætera pono marina
Cum fœmininis quæ consuetudine nulla
Iunguntur: gurges stipes poples quoq; trames
Fomes uel cespes limes testantur abunde
In ges at excipias muliebria bina tenente
Obliquis & enim: Seges ac teges indicat illud.

In Es longum.

Nomen in es longum si quinte sit tamen: esto
Fœmineum Species acies exempla teneto.
Excipiturq; dies: singulari nanq; marinum
Vel muliebre dabit: plurali masculeum dat.
Meridies eius compositum sit maris usq;
Cætera quæ retinent es longum: propria si sunt
Masculei generis dicuntur: monstrat Achilles
Iungitur his Aries paries quoq; sunt quia longe
Tolle ceres muliebre Appellatiua tamen si
Attineant homini communia dictio uates
Vt locuplex heres: locuplex neutrum quoq; fertur
A pede compositum commune genus retinebit.
Sume bipes quadrupes ue tripes sonipes alipesq;
Plinius ac plures etiam quadrupedia dicunt
Compedis hæc compes muliebre genus sibi querit
Altera fœmineum poscunt: uelut illa quies hæc
Et cedes uulpes strages labes uel apesq;.
Siue lues clades seu spes nubesq; struesue.
Merces mercedis moles proles abies &
Hæc ualles etiam: sed uallis & hæc reperitur. Ver. xi.
Multitudo quidem pubes hæc poscere debet
Pro porco uerres generi coniunge marino.
Huppomanes neutro recte concedere debes.
Hippomanes quod sæpe male legere nouercæ. V.

In Aes.

Masculei pres est. Aes aeris iungite neutro.

In Is.

Aedilis maribus quia solum conuenit est mas
Illa enim lector generis dic esse marini
Quis n p̄cedunt aut c uel consona duplex
Exempla ostendunt hic panis funis et amnis.
Torquis item piscis fascis fustis quoq; postis.
Vectis & hic axis collis sic ensis & anguis
Hic unguis mensis follis simul ignis & orbix.
Hic cassis torris uermis simul addere debes.
Dixerunt ueteres hæc Amnis funis & anguis
Maximus in primo de Sylla hæc ꝓtulit anguis
Vergilius primo descripsit: lucidus anguis. in g.
Orbis fœmineo iunxerunt masculeoq;
Tolle bipennis eis muliebre genus quia poscit
Ast adiecttiuum uates fecisse uidetur
Vndecimo dicens: ferro sonat alta bipenni
Franximus excipias etiam commune canisq;
Pestis fœminei est: neptis uestis quoq; nauis
Sic ut ais turris peluis uellis quoq; febris
Restis uel finis uel clunis fœminei sunt
Masculeiq; simul: maribus sed compositiua
Aut ex fœmineis: sique adiectiua manebunt
Communis generis dicuntur talia cuncta
Iccirco a sanguis commune exanguis habebis
Exangue & neutrum: sic exanimus generantur.
Cuspis & hæc retinet: communeq; tristis habebit.
Iungitur & neutro per casus scilicet ipsos
Obliquos tantum. Nasonis carmina magni
In primo retinent. positoq; tricuspide telo
Mulcet aquas rector pelagi. Dicasq; marina
In patrio crescit quibus unica syllaba tantum.
Vt lapis hic lapidis: puluis sic pulueris huius
Sanguinis hic sanguis: uomis cinis additur illis.
Puluis hetrusca tamen primoq; ꝓpertius inquit
Hic cucumer dat eris: cucumis tn̄ hic cucumis dat
Tollitur hæc cuspis fœmellum cuspidis huius
Cassidis hæc cassis: lis litis: iaspis & aspis
Glis glitis glissis. Glis gliris masculeo da:

Cætera iam retinent muliebre genus fere cuncta
Quæ similem recto uariare solent genitiuum.
Classis auis pandunt: pupis messisq; securis
Vis cutis & bilis: strigilis: commune canalis
Dat genus: at melius muliebri iungier inquit
Seruius in terno: uerum si græcula dant is
Id gen⁹ in nobis seruant quod more pelasgum
Hic paris hic tybris thetis hæc ægis quoq; tigris
Commune est hostis: ciuis: testis: iuuenisq;
Additur & samnis: sānite ast: Neuius inquit.
Hic hæc dis ditis dites & ditia format
Commune est pubis: ceu quinto Serui⁹ effert
Inde est impubis cōmune impubeq; neutrum
Atq; mola ueniens communi trade molaris
Nanq; adiectiuum ualet esse tamen quia sæpe
Ad lapidem dantem ue simul uoluere referri
Consuetudo frequens generi dedit ipsa marino
Si ad homines aliasq; ualent res nomina iungi.
Tum per e fac neutrum dulcis testabitur hic hæc
Hoc & dulce simul tristis uel plurima iunge.

In Os.

Bis duo fœmineū dant os: cape dos simul & glos
Gloris: cos arbos. Cōmunia quinq; notantur
Custos bos impos: cōpos simul atq; sacerdos.
Altera cuncta maris dicuntur nempe latina.
Ceu ros flosq; nepos: mos moris iunge leposq;
Hæc duo neutra ferunt os oris: sic & os ossis.
Iunge chaos neutro: melos argos: noīa græca.
Sunt fœminini quoq; græcula suntq; marini.
Hæc lemnos tenedos sint testes: hic logos heros
Hic hæc chironomos Tortelius uelle notauit.

In Vs breue.

Vs bræue quod retinet: seu quartæ siue secūdæ
Arboris ac nomen: muliebre genus retinebit
Vt myrtus laurus uel quercus siue cupressus
Appellatiua hæc muliebria quippe feruntur
Artus crystallus costus quibus adde phaselus:
Acta faselus ait naso: tamen ille Catullus
Quum tibi niliacus portet crystalla cataplus
Marcus & ipse tulit.

Iunge hæc pdictis nardus synodusq; papyrus
Vann⁹ abissus itē:diphthongus siue smaragdus
Byssus & ægyptus. Nardū costum quoq; fertur
Hæc Atomus Cicero de fato dat muliebri.
Carbasus hic phocas: docet hæc at serui⁹ ipse
Vergilii quarto profert hæc galbanus idem.
Lucanus dixit peregrinaq; galbana sudant.ī.ix.
Altera græcorum quæ sunt communia nobis
Id cōmune genus retinent:exempla teneto
Hic hæc philosophos seu philosophus pp nr̄os
Hic hæc philocalos seu philocalusq; latine
Post sextum maurus commune ait eē tyrannus
Communi generi da pampinus & paradisus
Supparus addatur: quia sic uoluere priores.
Cætera uel quartæ pdicte siue secundæ
Esse marina uolunt: metus hic animusq; docebūt
Hic ficus ficus uel fici: tu uicium dic.
Hæc ficus ficus fici: & pomum sit & arbor.
Flectendi carmen tibi latius omnia monstrat.
Hic dat acus: q̄q̄ femello sæpius hæret.
Hoc acus est aceris nēpe est purgatio grani.
Seruius in quinto docet hic hæc iridis arcus.
Iride pro hic arcus cicero hui⁹ ptulit arci.d.n.d.
Enni⁹ hæc arcus ponēs quartæ associauit.pr.
Hæc hum⁹ hæc aluus muliebria quippe docem⁹
Hæc dom⁹ hæcq; colus: sūt quartæ sūtq; secūdæ
Fœminei quartæ generis sunt ista notāda.
Hæc an⁹ atq; nur⁹ socrus & manus & trib⁹ idus
Porticus: at pelagus neutrali tradere debes.
Tam maris & uulgus q̄ neutri cōperiemus
Virus habet neutrum: pluraleq; fugit ubiq;
Vult pen⁹ hoc penoris pen⁹ hic hæc iūgito quartæ
Sic specus hic hæc hoc. Pris.
Vs breue nomen habēs: si tertia forte reflectit
Neutrali iungas: pandit tibi munus opusq;.
Hic lepus esto maris. Ven⁹ hæc muliebre tenebit
Est cōmune ligus uetus omne reposcere debet.
Vult pecus hæc pecudis: pecus hoc pecoris generabit.

In Vs longum.

Quæ dant us longū: si sint monosyllaba: neutri

Sunt generis: monstrant pus thus: uel cætera cunct
Tollantur mus hic Grus sus commune reposcunt
Fœminei generis uerum polisyllaba sunto.
Hæc uirtus incus tellus quoqꝫ pandit abunde.

In aus.

Hæc laus accipiet: fraus hæc assumere debet:

In. S. precedente consonante.

Consona bina quidem nomen si terminat: atqꝫ
Est adiectiuum triplex genus addere debes.
Hic hæc hoc expers prudens simul indicat illud
Vult commune genus bifrons celebsqꝫ parensqꝫ
Princeps ac anceps municeps serpens simul effrons
Altera si fuerint monosyllaba: fœminei sunt
Sed scrobs masculei reperitur; uel muliebris.
Arboris hic hæc stirps generis tamen hæc retinebit
Mascula seps pons mons fons: & mars dicimus esse
Sic & adeps forceps manceps quoqꝫ iunge marino
Iunge triens quadrans dodrans sextans quoqꝫ dextans
Varro adipes illas dixit dum rustica tractat.
Cætera cuncta uolunt muliebre genus retinere
Sicut hyems ue cohors

In Ax.

Ax adiectiuum nomen capiendo: tenebit
Omne genus fallax hic hæc hoc monstrat & audax
Cætera fœminei dicas: licet altera sepe
Interponatur sibi consona: lanx uelut & falx
Pro pede masculei generis sit calx retinens x.
Calcis pro materia retinens es fœmineum dic. cap.
Hic dat abax thorax plerunqꝫ abacus reperitur.

In Ex.

Ex duo masculeum capiunt monosyllaba: grex rex
Altera cuncta tamen monosyllaba fœminei sunt
Est commune silex muliebria dicito uibex
Hæc ramex forfex forpex carexqꝫ supellex
Cætera (ni fuerint tamen adiectiua) marinum
Dant genus ut uertex pollex codexqꝫ culexqꝫ
Murex & ueruex cortex: hic hæc reperimus
Hicqꝫ pulex cimexqꝫ senex caudex uel apexqꝫ
Dixit amica senex uarro tamen ipse uetustus
Vergilius pumex hic profert: hæcqꝫ catullus

Hic aut hæcq; latex quondam nunc iunge marino
Imbres incerti melius muliebre tenebit.S.
Sumit obex hic hæc: melius tamen hic monet idem
Exlex communi generi coniungere debes.
Si uero fuerint hæc accidentia poscunt
Omne genus simplex uel duplex pandit abunde.

In Ix.

Que dant ix breuis & penultima sit genitiui
Mascula sunt: fornixq; uarix exempla teneto
Sardonix hic hæc: muliebre filixq; cicatrix
Cætera seu lodix uel ceruix fœminei sunt.
Iunge mari phœnix: lucani sextus habebit
Aut cinis eoa positi phœnicis in ara
Fœmineis etiam uerbalia nomina iunge.
Vt nutrix meretrix natrix quoq;: si tamen illud
Est species anguis generi concede marino.
Fert natrix uiolator aque lucanus in octo.
Adiectiua genus ceu fœlix omne tenebunt.

In yx.

Nomen in yx grecum est: patriumq; genus retinebit
Hic phryx hic & eryx: hæc styx sandix cape testes
Et getulus oryx undena fert iuuenalis.

In ox.

Adiectiua quidem sunt ox retinentia cuncta:
Hic hæc hoc atrox uelox ue exempla tenebis
Fœmineo generi nox & uox adde: cel̄oxq;
Siue secunda docet plauti seu quarta thalia
Scapha celox proprie phoca tradente uocatur.

In ux.

Communi generi dux hic hæc iungere debes.
Lux faux at dicas muliebria nux uelut & crux.

In ynx & inx.

Incerti generis lynx est: muliebre tenet phinx

In unx.

Coniugis at coniunx commune genus retinebit
Hic retinet quincunx sexcunx septunxq; deunx hic.

Finit carmen de generibus.

Carmen de præteritis per
Ant. Mancinellum. lib. iii.

93

Primæ coniugationis præterita. Titulo. i.



Nstantis persona solet formare secunda
Præteritum uertens S in ui ducitur ergo
A canto cantas cantaui Regula presens.
Actiuis neutrisq; simul primo ordine seruit.
Cœno cœnaui cœnatus sum quoq; reddit
Potaui poto uel potus sum reperitur
Iuro iuraui & iuratus sum generabit.
A titubo ueniet titubaui uel titubatus.
Præteritant in ui diuisas infima quædam
Namq; domo domui: crepui crepo sumere debet.
Discrepui pauiq; simul fert discrepo rite.
Increpui ueruntamen increpo semper habebit
Bis tamen a plauto tantum formatur in aui
Dimico uult aui cum naso fert in amore.
Dimicui micui fricui secui tonui dic
Et sonui uetui quinto manilius inquit
Aura per extremas resonauit flebile rupes.
A plico fit plicui perfectum siue plicaui.
Quod tibi compositis noscetur: nam per ui fert
Præteritum quotiens assumit præpositiuas
Explico uel replico demonstrant applico siue
Nomine cum uero compositum format in aui.
Namq; duplicaui fert duplico multiplicaui
Multiplico: triplico perfectum uult triplicaui.
Prima etiam quandoq; tamen formantur in aui
Namq; applicaui Cicero Varroq; tulerunt
Atq; explicaui: raro tenet implico caui

Sed supplicaui tantummodo supplico reddit
Præteritat cubuiqꝫ cubo: sic incubo cuius
Compositiua solent primam ternam ue tenere.
De quibus in terna q̄plurima quippe docebo
Nexo etiam nexas uel nexis nexuit edet
Et neco dans necui: potuit quoqꝫ ferre necaui
Doqꝫ dedi format iuuo iuui: uult lauo laui
Sic relauo gignit perfectum rite relaui.
Præteritum circundo quidem circundedit effert
Protulit in quarto Manilius ipse iuuauit.
Stoqꝫ steti generat: perfectum compositiua
Conduplicant eius: Resto nam restitit edet
Constitit a consto prosto fit prostitit usqꝫ.
Abstitit absto dabit: sic institit affert insto.

Secundæ coniugationis præterita. Titulo. ii.

In Veo.

SI Veo formabit uerbum fortasse secundæ
Tunc eo uertit in i faciens perfecta notantur
Dans moueo moui foueo foui paueoqꝫ
Præteritum conniuo quidem conniueo siue
Conniui pariter connixi & flectere possunt
Ferueo uel feruo terne ferui generabunt.
Ferbeo præteritum mihi ferbuit edere debet.
Languit efficiet perfectum langueo rite;
Nempe Cii ciuiqꝫ simul: Cio uel cieo dant.

In Deo.

Longaqꝫ uocalis si naturaliter esset
Aut ar ante deo: semper deo uertitur in si;
Rideo sic risi generat: sic suadeo suasi
Ardeo fert arsi: Sed stantibus e uel i curtis
Ante deo semper eo cedit ponitur ac i.
Vt sedeo sedi: sic eius compositiua
Insedi insideo: subsedi subsideoqꝫ;
Dat uideo uidi præuidi præuideo dat.
Strideo uel strido stridi generat: licet i det
Ante deo longam: geminant hæc præteritando.
Pendeo demonstrat cum tondeo: namqꝫ pependi
Atqꝫ totondi ferunt: uult mordeo ferre momordi
Spondeo præteritum geminat quoqꝫ dando spopondi
Ast in compositis eadem minime geminantur

96

Despondi pandit despondeo:pendeo solum.
Dependi format p̄mordeo concipit usq;
Præmordi tantum:detondi tondeo defert
Ennius annales scribens ita protulit ipse
Et detotondit agros lætos atq; oppida cœpit
Ante deo quando retinent au uerba secunde.
A participio perfectum sumere debent.
Ausus sum faciet nanq; audeo gaudeo sumq;
Gauisus flectit:ueteres ausi uariarunt
Sic quoq; gauisi:iam cætera quæ deo formāt
Præteritant in ui diuisas. Candeo sicut
Cāduit:at pransus sū prandeo dat quoq; prandi.

In Geo.

L.uel r ante geo positis:geo uertitur in si.
Hoc pacto indulsi profert indulgeo:fulsi
Fulgeo:sic alsi fert algeo:tergo tersi
Vrgeo uult ursi:iungatur mulgeo mulsi
Vel mulxi quoniā:mulsi quoq; mulceo reddit
Si tamen ante geo natura syllaba longa
Ponatur recte geo semper uertitur in xi
Augeo sic auxi luxi dat lugeo rite
Præteritant in ui diuisas cætera cuncta
Hinc rigeo rigui uigeo uigui generabunt.

In Leo.

Si leo præcedit fortassis consona quædam
Iuncta sibi semper:dabit eui præteritando.
Compleo cōpleui Fleo fleui exempla teneto.
Ex oleo ue leo compostum dat quoq; in eui
Præteritans oleo sed fert olui uel oleui
Fert abolet redolet leuit & luit hinc adoletq;
Exoleo leui tantum tetit obsoleoq;
A soleo quoniā solitus sum quod soluiq;
Præteritat non est ex obs tamen ac oleo fit
Deleo deleui:releo donato releui.
Cætera iamq; leo monstrantia præteritabunt
Diuisas in ui:doleo dolui manifestat.
Exculit excello ue excelleo celluit Ex q;.

In Queo.

Torqueo uult torsi:distorqueo compositiuum
Distorsi formatq; retorqueo nempe retorsi.

In beo ceo meo neo peo reo seo teo.
Si beo: siue ceo: meo: uel neo: si peo forte
Verba: reoq;: seo: teo: uel queo terminat ulla
Tunc uertetur eo per ui dissyllaba rite.
Hinc habeo uobis habui formare ualebit:
Sic rubui rubeo docui doceo iacuiq;
Tum seneo senui: placeo placui & placitus sum
Fert mereo merui: pateo patui dare debet.
At iubeo iussi perfectum uelle notatur.
Sorbeo uel sorbo dant sorbuit addito sorpsi
Mulceo fert mulsi: maneo mansi: neo neui.
Hæreo fert hesi tuxi dat liceo quippe

Tertiæ coniugationis præterita. Tit. iii.

In Glo.


Nte cio quotiens dat a tertia: pellit a uult e
Oq; mouendo suum perfectum terminat apte.
Id facio feci iacio ieci tibi monstrant.
Ex his compositum q̃uis cum præpositiua
A per i præsentis conuertat regula tandem
Præteriti remanet quam simplicis esse notaui.
Effeci efficio perfeci perficio dic.
Compositum debet facio cum præpositiuis
A per i præsentis conuertere: parte alia cum
Sed si coniungas ipsum: tenet illud a semper.
Sic cale connexum: uel cum tepe cum treme siue
Cum stupe cum magni: aut parui facio: tenet illud
Abiicio abieci: proieci proiicio uult.
Inuenies simplex icio: quod perficit ici
Ante cio retinent sed i forsitan altera quæ iam
Illud i conuertunt e per cio postea per xi.
Aspicio aspexi: conspexi conspicio dic.
Illexi illicio: pellexi pellicio dat
Tollitur elicio namq; elicui generabit.
Pellicui ueteres pro pellexi uariarunt
Allicuiq; etiam reperitur prisca legenti.

In Dio.

A fodio fodi: Profodi: profodio fit.
Effodi effodio: Confodi confodioq;

In Gio.

In gio præteritant extremum si remoues o.

Sic fugio fugi: confugi confugio fert.
In Pio.
Si capio certe precesserit illud a semper
Vertit in e longum: post o remouendo uidebit.
Preteritum capio cœpi tibi pandit aperte.
Eius compositum presentis pellit a uult i.
Simplicis at remanent perfecta per integra cunctis
Incepi incipio suscepi suscipio dic.
Ante pio retinent u quando uertitur in ui
O semper cupio cupi poscit ue cupiui.
Fert rapio rapui: eripio eripui generabit.
Præteritat sapio sapii sapui ue sapiui.
In Rio.
Dat peperi pario: quare simul Ennius ipse
Protulit enarrans: oua parire solet.
In Tio.
Dic quatio quassi geminans ss: Concutioq;
Concussi flectit: percussi percussio dat.
Incussi incutio: Sic cetera compositiua
Carisius tradit quassi non esse per usum.
In Vo diuisas.
Diuisas in uo si consona uerba preibit
O uertunt i per: sic imbuit imbuo format.
Inde tamen tollas struo struxi: uel fluo fluxi
Vngo unxi Coxi coquo per q uel coco per c.
Liqui linquo tenet: tingo tinxi quoq; tingo
Linguo uel lingo fert linxi præteritando.
Tinguere nempe caper docuit non tingere dici.
In guo tamen uerbum minime finire uidetur
Diuisas in uo: quia litera perdidit u uim
Quapropter normam dicas in go retinere.
Dicimus iccirco pinguo & pingo quoq; pinxi
Stinguo uel stingo stinxi: ningit quoq; ninxit.
Vngo nec unguentum retinent u: Seruius illud
Protulit in nono.
In Vo syllabam.
In uo uerba quidem quotiens penultima fert i
Tunc o per i uertunt extremum præteritando
Id pandit soluo solui uolui quoq; uoluo
Longaq; uocalis natura si uo preibit

In xi uo uertunt:id uixi uiuo docebit:
In Bo.
In bo finitum uocalis longa manet si
Ante bo psi poscit: Scribo scripsi quoq; nubo
Fert nupsi nunq̃ b uocis principium: præ
S ualet esse quidem: quapropter psi damus illis:
Altera in u uertunt o: lambo id uel scabo monstrant
Attamen excipias incumbo imcumbis ab illis
Quod quoq; fit primæ: namq; incubo dicitur apte
Incubui sed habent ambo cum præteritabunt
A cubo compositum seu primæ siueq; ternæ
Fert ui diuisas: accumbo uel accubo sic dant
Accubui iungas incumbo uel incubo nanq;
Incubui generant: Sic cætera compositiua
Nunc tamen ipsorum simplex cubo prima reflectit
In Co.
N co præcedens tollatur: & i per o uerso.
Præteritum fiet: seu uici: sed præeunte
Sco conuertunt in ui sco prime tollimus autem
Inchoatiua carent perfectis omnia namq;
Vnde quiesco tenet perfectum rite quieui.
Sic pasco paui declinat: cresco ue creui
Abscisco absciui: consueui præteritabit
Consuesco: uel dic consuetus sum generare:
Carisius posuit: sed consueo tamen ipse
Dat conquinisco conquexi suscipiens.x.
Compesco dispesco petunt compescui disq;
Increbui in crebesco feret: senuiq; senesco.
Disco uult didici uult tradere posco poposci.
Dedidici dedisco tenet: deposco depoposci.
Longaq; uocalis natura si co preibit
In xi preteritat: duco id duxi manifestat
Parco pepercit habet uel parsi: ico dabit ici.
In Do.
In do uerba quidem quis sit penultima longa
In si do uersa perfectum reddere possunt.
Hinc ludo lusi: trudo & trusi uariabunt.
Si rado rasi ledo lesi generabit.
Rodo etiam rodi declinat: uadoq; uasi
Euado euasi: iungantur claudo ue cludo

96

Strideo cum strido stridit uel str iduit effert
Dat cedo cessi: cedo uult ferre cecidi
Pedo pepedit habet. Sido sidi generaret
Pro sidi uero sedi nos utimur usq;
A cudo cudi uel cusi præteritum fit.
Fisi olim fido fisus sum nunc generabit.
A do compositum ternæ est cum præpositiua
A c primitiui perfectum seruat ubiq;
Di duplicans: reddo demonstrat reddidit edēs
Prodidit hic ꝓdo: credo quoq; credidit effert.
Sic & uenundo uenundedit edere debet.
Vendidit & uēdo: condo dat condidit absq;
Condidit abscondo: sed enim do cūcta sequunt
Grāmaticus meminit: caper abscondi docet ipse
Ante do si retinent n: pellunt o: capiunt i.
Si tamen u retinent aut i prius u remouent n.
Vt fundo fudi: scindo scidi adde sidiq;
At tamen asseuerant n cætera præteritando.
Defendi ut scandi: sic eius compositiuum
Ascendo ascendi: Tollunt ut quis duplicatur
Syllaba prima uelut demonstrat pendo pepēdi
Tendo tetendi item tundo tondi ue tutudi
Grāmaricus docuit: diomedes dat quoq; tunsi
Cædo cecidit habet: cecidi cado sumere debet
Compositis nunquam penultima cōduplicatur
Hinc mihi perpendo perependi præteritabit
Extendo extendi: pertudi & pertudit aiunt.
Sic etiam uariant concidi concidit atq;.
A do compositū geminat: sto disco ue posco
Prodidit hinc prodo: resto uel restitit effert
Dedidici format dedisco: deq; poposci
Deposco. A curro geminăt tria ꝑteritando
Pandit decurro decurri uel decucurri.
Excurro præcurro simul: sed cætera tantum
Incurri incurro discurri dis quoq; curro.
Sæpe repūxit habet pupugiq; re nēpe Repūgo.

In go.

R go præcedens per si go uertere debet.
Atq; regendo tamen compostū tollitur inde.
Vt mergo mersi: spargo sparsi quoq; tergo

Tergeo uel tersi. Cõuertunt cætera sed go
In xi: quod rexi rego mõstrat: Cĩgo ue cinxi
Ango anxi. Tingo uel tinxi: pingo ue pinxi
Et sugo suxi: fingo finxi: tego texi.
Affligo afflixi: sic ungo suscipit unxi.
A lingo est linxi: mingo minxi: quoq; meio
Dat minxi & meii. Diomedes testificatur.
Hæc de pteritis in go diuisa uideto
Mingentis musæ scito dixisse catullum.
Atq; regẽdo licet compostum syncopa detur
E per præsentis perfectum seruat id e post
Perrexi id pergo surrexi surgoq; monstrant
Dirrigo sed certe uel porrigo corrigo siue
Arrigo conuertant licet e per i simplicis usq;
Omnia sectantur: direxi ut dirigo sicq;
Porrigo porrexi. Frango dic tradere fregi.
Sic ago uult egi: lego legi: compositiuum
Simplex consequit: cõstringo flectimus inde
Confregi perfringo tenet perfregit ubiq;
Exigo sic profert exegi: sicq; subegi
Vult subigo cogo perfectum trade coegi:
Perlego perlegi relego dic uelle relegi.
Ablego compostum mutando significata
Præteritũ mutat pãdunt tria uerba uelut sunt
Negligo neglexi: intellexi intelligo iunge
Diligo dilexi. Pango pegi uariabit:
Impingo impegi pepigi quoq; pãgo ue pãxi
Proq; paciscor eni dixerũt pango uetusti. Pris.
Præteritat pepigi uel pactus sumq; paciscor. S.
A tango est tetigi. Pũgo pupugi quoq; pũxi
Expungo expunxi: sed dicim⁹ atq; repungo
Dupliciter pupugi uel punxi. iungito quis re.
Ex etiam tango ueniens nunquam geminatur.
Attigit attingo demonstrat: contigit atq;.
Ex ago uel frango lego certe compositiua
Simpliciũ seruant perfectum: prodigo sic dat
Prodegi: dego uel degi: infringoq; fregi.
Colligo collegi. Præter tria dicta superna
Negligo neglexi: dilexi intelligo iunge.

In Ho.

In xi perficiunt ueho uexi uel traho traxi.

In Lo.

Nempe lui poscunt in lo finita uelut sunt
Cousulo consului: colui colo: sic alo nanq;
Fert alui molui molo: iungas occulo formās
Occului. Duplicant l quæ nos tollimus inde
Quæ si principiant a mutis congeminantur
Syllaba prima quidē q̄uis uocalis habetur
Non eadē semper pepuli quod pello docebit.
Vel tollo tetuli: pro quo iam sustulit affert.
Ast etiam tetuli tulo quondam præteritauit.
Fallo fefellit habet cōpostū non geminatur
Namq; refellit erit compello compulit edit
Psallo petit psalli: uello uelli quoq; uulsi
Exculit excello ue exelleo celluit Exq;.
Perculit ostendit percello præteritando.

In Mo.

Ante mo si lector uocalis longa daretur
In psi conuertas o: promo dicito prompsi.
Demo uel dempsi como compsi: quoq; sūpsi
Præteritant in ui diuisas altera cuncta
Sic uomui dicunt genui: tremui fremuiq;.
Ast emo fert emi præmo p̄ssi uelle notatur.
Sic adimo & redimo dat ademi datq; redemi.
Sed redimo redimere creans format redimiui.

In No.

In no præcedant o uel g si tamen ipsa
Diuisas in ui perfectum reddere debent
Vt pono posui: sic eius compositiua
Suppono posui: cōpono composui. Sup.
Pono modo posui: ueteres dixere posiui.
Gigno petit genui: gegno sed dixere uetusti
A cano cōpositum per ui quoq; p̄teritabit
Succino succinui sic occino pandere debet
Occinui Crispus tamen occano protulit ipse
Occanui: diciq; probus simul occinit inquit
Nam cano dat cecini.
M no præcedens in psi no uertere debet
Vt temno tempsi. Sed cætera ui retinebunt
Desino desiui uel desiit indicat illud.

Sterno simul straui: sino siui uel siit effert.
Publi? & scaurus sino sini preteritarunt. Dio.
Dat cerno creui: sperno spreui: lino liui.
Siue lii & leui nomen liui ualet esse.
Ab leo quod simplex est quis nō sit in usu
Fit leui: monstrat deleui deleo quippe
Inde uenit letum quod uitam deleat omnem.
Atq; lino lini flexit quoq; sæpe uetustas

In Po.

Rumpi rumpo tenet: corrupi rūpo cor affert.
A brumpo abrupi: sic altera compositiua.
Ante po si uero psentia corripiunt e.
O uertunt in ui diuisas. Id strepo pandit
Dans strepui: retinet tamen r quū forte uel l q;
Ante e productam præpo conuertere debent
O per si: repo id repsi carpsi quoq; carpo
Vel scalpo scalpsi serpo serpsi quoq; mōstrant
Sic sarpo sarpsi generabit præteritando.

In Ro.

In ro ui poscunt: triui ut tero: uel sero seui.
Quæro & quæsiui: sed desero deserui dat
Iserui flectit sic insero: ponitur id pro
Immitto quotiens inseui ast insero poscet
De tamen arboribus dicens. Serui sero seui
Ast pro ordinaui ueteres dixisse notantur
S geminanturo dans ussi: uel gero gessi
Verro facit uerri uersi quoq;: curro cucurri.
Denegat a uerro perfectum sed diomedes
A curro certe solum tria congeminabunt.
Pandit decurro decurri uel decucurri.
Excurro Præcurro simul: sed cætera tantum
Incurri incurro discurri disquoq; curro.

In So.

Oq; per i uertunt in so finita latinis
A cui suscipiunt: exemplum sume lacesso
Nanq; lacessiui generat: generatq; lacessi.
Arcessiuit item arcesso ac arcessiit effert
Viso uolunt uisi formare facesso facessi
Inde capesso dabit perfectum rite capessi
Quæso quæsiui quæsi quoq; præteritabit:

Pinsuit a pinso est.

In To.

Pectuit a pecto: pexi seu pexuit effert:
Necto tenet nexi uel nexuit e uariando.
Plecto quidem plexi passiuum plector habetur
Flecto etiam flexi: petii peto siue petiui.
Verto tenet uerti: meto messuit edere debet
Stertuit a sterto: mitto misi capietur
Sic & omitto suum compostum gignit omisi:
Actiuum sisto perfecto quippe carebit. Priscia.
Compositum fuerit uel simplex: sisto tamen si
Est absolutum designat sto uelut atq3
Præteritat ueluti sto: semper resto resisto
Restitit ostendunt: sic consto constitit atq3
Consisto persto persisto & perstitit edunt
Institit insisto uelut insto præteritabit
Absto uel absisto simul abstitit euariabunt
Protulit a sisto statui atq3 steti diomedes.
Nam duplici sensu fruitur: uelut is quoq3 dixit
Nullum præteritum sisto uelut tradere phocas.

In Xo.

Texuit a texo: nexo quoq3 nexuit edunt.

Quartæ coniugationis præterita. Titulo. iiii.


Vartus in actiuis neutro quoq3 tradidit ordo
Veneo præteritans eo uel quæo compositumq3
In cio si uerbum simplex est pre cio dans n.
Id cio fert in xi demonstrat uincio uinxi
Sancio sanciui sanxi quoq3 sanciit effert.
Sanciui quondam dixerunt sanciit atq3.
Ante cio retinent n si non uerba mouendo
Tunc cio per si dant perfectum: ut sarsio sarsi.
Farcio uel farci: rausi uel raucio: fulsi
Fulcio uel fulxi recte formare ualebit
Cætera tollendo S personæ quippe secundæ
Præteritum iuncta ui reddere posse docemus
Nesciui pandit: quod syncopa nesciit effert.
Tollitur u cunctis: sed enim ui dantibus ipsis
Mollio molliui: seu mollit edocet illud
Sic cio cis cieoq3 cies: ciui & ciit effert.
Grammatici seui seuiui & seuiit aiunt.

Amicio amicui perfectum dat diomedes
Iui reddit eo uel ii:quiit & queo quiui
Veneo pteritat ueniui & ueniit apte
Factus sum fio patefio sum patefactus:
Suffio generat suffiui & suffiit. Et si
Passiuo a neutro cōponitur at quia uertit
Significata simul uariatio uertitur ipsa
At suffire thimo cerasq; recidere inanes. G.iiii.
Cum fieri faciat simplex suffire poeta
Protulit. Excipim⁹ pdictis haurio:nā fert
Hausi dixerunt hauriui ab hauriit olim.
Præteritum sepsi dat sepio:sensio sensi
Dat uenio ueni:sed aperio dat ruit usq;.
Nempe cooperio ruit ac riit edere debet.
Versilogus reperit uel repperit indicat āple.
Cōperio dicunt perfectum comperit esse
In tribus est salio salii saluiq; saliui
Cābio fert campsi:sed ait tamē aio notabit.

Carentia pteritis unde accipiunt. Ti.v.

Quædam uerba carent perfectis utimur autem
Ex illis uerbis quæ sunt mage proxima rebus
Percussit ferio:tollo det sustulit inde.
Suffero sic etiā:nā substulo cōmodat ipsis
Siueq; sustollo:fero dat tulit:id quoq; quondā
Formarat tollo:retulit uel rettulit inquam
Affero & attollo dant attulit ut diomedes
Cerno sed a cresco perfectum sumere creui
Dicitur a statuo sisto statui retinebit
Vel stetit a sto fert:quod latius ante notatur
Sisto tamen phocas nil dat:nec polleo glisco.
Nec quatio:mœstus sū mœreo mœreor & dāt.
Grāmaticus quatio quasi uariare notauit
Sido caret sidi:sedi mutuatur ab illo
A suo nempe sui capiet sum pteritando
Ast insaniuit furit accipit ut monuere
Inceptiua carent perfectis omnia:sicut
Pallesco nigresco docent horresco labasco
Ast opus est quotiens perfectis utimur illis
Perfectæ formæ sic:palluit horruit aiunt.
Sæpe tamen uates dicunt horrescere cœpit.

Brachia cœperunt nigris horrescere uillis. Nas.
Brachia cœperunt leuibus nigrescere pennis. Nas.
At timeor metuor: renuor: tremor: urgeor angor
Et discor poscor uescor simul arguor adde
Liquor uel medeor: reminiscor: quippe carebunt
Omnia præteritis: uerum pars maxima sumit
E sociis poscor sum postulatus habebit.
Et uescor pastus medeor medicatus habeto.
Arguor accipiet conuictus: sed tamen olim
Argutus dederat liquor liquefactus adibit.
Peccato argutus Solinus fert prope finem
Decorisq; arguta tulit plautus quoq; uates.
Nempe recordatus capiet reminiscor ubiq;.

Verba in or quomodo
Præteritant. Titu. vi.

Assiuum uerbum cōmune ue de quoq; ponēs
P Intus ctus: sus xus: perfectum tradere possunt
Nam participium iūcto sum sumere debent
Celor celatus sum: doctus uel doceor sum
Sum patior passus: nitor sum nixus habebunt.
Altus alor profert alitus quoq;: quod mage laudant
Conditus. Abscondor consus simul abs generabit
Conditus abs melius: nam condor conditus effert
Ostendor tensus tentus simul edere debet
Nam tendor tentus: deletus deleor effert
Scito fatigatus non fessus ferre fatigor
Fictus sum fingor: pictus sum pingor habebit
At findor fissus: figor fixus generabit.
Inseror insertus uel & insitus arboris autem
Insitus & pomi est: hominis tamen ac alicuius
Esto rei insertus.
Dat nitor nisus uel nixus more uetusto.
Nempe fruor fruitus uel fructus sum uariabit
Sed fruiturus habet fructurus nemo notauit
Ortus sic etiam profert oriturus ubiq;
Eruiturus item dabit erutus ut docuere
Fretus confisus fertur sic dicito nomen.
Threicia fretus cithara fidibusq; canoris. v.
Defeciscor habet defessus: concipit autem
Nanciscor nactus pactus pepigiq; paciscor.

A quæror eſt quæſtus:paſcor paſtus capenatus
E naſcor complexus habet complector:habemus
Mortuus a morior moriturus ſitq; futuri.
Sed moritum generat ſicut monuere ſupinum.i.
Iraſcor profert iratus ſum uariando
Expergiſcor habet ſumq; experrectus ubiq;
Expergefio ſum expergefactus habebit.
At comminiſcor commentus ſum generabit.
Gignit adipiſcor ſed adeptus ſum bene lector
In quor deponens in cu quor uertere debet.
Poſt tus ſuſcipiens participium manifeſtat.
Inde locutus erit dicendum:ſiue ſecutus.
Ordior orſus habet:merui mereor retinebit.
Comperior monuit phocas dare comperit uſq;
Sic & diuertor diuerti præteritabit.
Deq; tamen uerbis or dantibus:aſpice ſupra.

Præterita e diuerſis præſentibus deriuata. Tit.vii.

FRigeo uel frigo frixi retinere notamus.
Luceo dat luxi:luxi quoq; lugeo format
Nexuit a necto uel nexo:fulgeo fulſi
Fulgo ue ſuſcipiunt:cerno & creſco dato creui
Fert paueo paui paſco ſimul accipit illud.
Sto ſtetit ac ſiſto conſto uult conſtitit atq;
Conſiſto:pendo uel pendeo quippe pependi
Abſto uel abſiſto ſimul abſtitit euariabunt
Affero & attollo dant attulit ue Diomedes
Hempe acui profert aceo:profert acuoq;
A pateo & patior:pandor quoq; paſſus habetur
Vertor cum uerror uerſus ſum præteritabit.

Neutropaſſiua. Tit.viii.

HAec neutropaſſiua ferũt ſolummodo noſtri
Gaudeo gauiſus:factus ſum fio tenebit
At fio fiſus.Soleo ſolitus ſoluiq;
Audeo fert auſus:quoniam dixere uetuſti
Auſi gauiſi fiſi ſolui quoq; fii.

Carentia temporibus modis perſonis numeris Tit.ix.

PErſonis numeriſue modis ac tempore molta
Deficiunt:ambeſt ſolum dixere priores

Nempe forem ue fores foret & fore siue fuisse
A suo sunt uoces: olim id dixere uetusti.
Induperatiui cedo uel cedite uoces.
Salue saluete & salueto: Sal quoq; uere
Sic & aue flectas: salueto asinaria plauti.
Faxo pro faciam primi uox sola futuri.
Haud sibi cum danais rem faxo & pube pelasga
Esse putent: nono maro nempe uolumine dixit
Nempe optatiui quondam iunxere futuro
Faxim uel faxis tantum: faxit quoq; faxint
A subiunctiuo datur ausim ausis simul ausit
Insit duntaxat: quæso sibi quæsumus addit.
Quæsumus in primo de legibus inuenietur
Inquio declinat aut inquam ac inquis & inquit.
Inq; quiunt addas: perfecto inquisti aut inquit
Induperatiui uox inquit uel inquiat esto. Pri. x.
Aio uox præsens dat ais dabit ac ait aiunt
Ast imperfectum totum uariabitur usq;.
Præteritum dat ait: Sed ai pro dic reperitur
Ai as siue negas dixit comœdia plauti. Rud.
Persona prima caruere frequentia: uerba
Sicut ouas furis atq; daris foras quoq; faris.

Odi: noui: memini:
Cœpi: Pepigi. Tit. x.


Di uel noui: memini cœpi pepigiq;
Instantis sensum perfecti & sumere debent.
Odi cum noui cœpi pepigi caruere
Induperatiuis: de quo phocas Diomedes.
Vox infiniti sit nosse uelut meminisse.

Impersonalium præterita. Ti. xi.


Eduit a tedet perfectum sumere debes.
Pertesum est pertedet habet perteduit atq;
Latius id regimen nostrum uerbale docebit
Est ue fuit miseret debet generare misertum
A libet est libuit: libitum quoq; dicitur inde.
Sic licuit licitum ue leges: puduit pudet effert.
Cernes penituit uel oportuit ipse legendo.
Fert piguit pigitum ue piget: probo rite supinis.

De quattuor uerborum
formis. Ti. xii.

Spica


Erborum forme sunt quattuor accipe lector
Perfectum meditatiuam simul atq; frequentem
Adde incœptiuam ueluti lege lecturioq;
Lectito cum curso feruesco siue tepesco.

Perfecta forma.

Perfectam poteris formam deflectere cunctis
Temporibus cunctisq; modis seu prandeo curro.

Meditatiua.

Sunt meditatiuæ formæ uerba omnia quarti
Ordinis:atq; rio retinentia:Seruius auctor.
Esurio monstrat:talis rio forma supino
Adiicit hinc lectu mihi lecturio generabit.
Optatiua uocat laurentius in rio uerba.
Aut hæc significant q̃tum sua prima notabant.

Frequentatiua.

Forma frequens in so:to:tor:xo:clauditur usq;
V per o conuerso supremi sæpe supini
Descendit:sic a cursu curso solet esse.
A scriptu scripto:nexu nex o capiemus
Ordinis at primi uerbum: si forte tenebit
A prius u:mutat per i tunc a:deq; uolatu.
Sic uolito ueniet:Rogito quoq; deq; rogatu.
In gi perfectum facient si uerba secundæ
Personæ tollas s tunc præsæntis & inde
To iungas:cogo cogis sic cogito format.
Sic fugioq; fugis fugito:legito lego gignit.
Sic etiam quæro dat quærito:quæsito nempe
A quæso ueniet:scitor dat sciscitor usq;
De sequor est sector Cum debeat esse secutor
A nosco formes uel noscito uel noto lector.
Prima frequentatis sit coniugatio semper.
Vt curso cursas:sic lectito cursito siue.
Excipitur uisoue lacesso facesso capesso.

Inchoatiua.

Presentis capiens co dat persona secunda
Inceptiua uelut ferues feruesco pauesco.
Hæc in sco finit:dormis dormisco docebit.
Sentis sentisco sciscoq;:cupisco labasco.
Inceptiua tamen non omnia uerba tenere
Primq; tiua ualent:ueluti grandesco putresco

101

Siluesco uilesco: simul brutesco ue iunge
His iuuenesco: uolunt seneo generare senesco.
Ex igne ignescit: flamma flammescit habemus;
Ex herba herbescit: dumescit de quoq; dumis
Tertius ordo quidem semper datur inchoatiuis
In sco uerba tamen laurentius indicat ipse
Vallensis primo incrementum significare.
Idq; placet potius monstrat nam musa maronis
Expleri mentem nequit: ardescitq; tuendo.
De turnoq; loquens ait egrescitq; medendo
Sin in processu cœpit crudescere morbus:
Fluctus ubi primo cœpit cum albescere ponto
Quædam significant q̄tum sua prima notarant
Sicut aderesco dormisco siue labasco.

Desideratiua.

Grammaticus posuit formam desideratiuam.
Vt uiso arcesso quod ab arceo: siue capesso.
Illa quidem phocas diomedes Seruius atq;
Vidimus ut supra forme iunxere frequenti
Quod magis affirmo secteris tu quoq; lector?
De uerbis in so laurentius edocet illud.
Visere significat proprie id quod ad ire uidendum.
Sicq; facesso notat: sic arcesso ue capesso.
Viso frequens posuit sed naso uolumine primo
Vox canet & longas uisent capitolia pompas.

Finit Carmen de præteritis.

Carmen de supinis per Ant. Maucinellum. lib. quarto.



Erba supina tenent uel in um uel in u uariando
Hic doceo doctum doctu quoq; sumere debet.

In Bi.

In bi preteritans tum sumit dando supinum:
Inde bi bi bibitum lambi uel itum generabit.

In Ci.

In ci præteritum mouet i: tum post sibi iungit
Vt uici uictum: sic ictum format & ici.
At feci factum quoniam quotiens retinent a
Ante ci o: uertunt io per tum dando supina.
Vt iacio ieci iactum: facio quoq; factum.
Ex iis compositi si presens i per a sumit

Quod facio inficio iacio eiicio bene pandit
Perfectum certe mouet i: tum postea sumit.
Inficio infeci infectum sic eiicio fert
Eiectum: Vitare docent id parco peperci
Parco tamen parsi dat parsum: Plynius ipse
Inueniendi auri titulo sed parcitum inquit
Vult phocas disco poscoq; carere supinis.

In Di.

In di perfectum dabit in sum quippe supinum.
Vt prandi pransum cui morsum iunge momordi.
Defendi format defensum: pandoq; pandi
Passum declinat: q̃q̃ patior pateoq;
Dant etiam passum: tonson feret atq; totondi.
A tundo tutudi ac tunsi tunsum quoq; tusum
Respondi generat responsum: rite pependi
Pendeo dat pensum uideo uidi quoq; uisum
Ascendi ascensum: Sedi sessum geminant ss
Et fodi fossum: dat tendo nempe tetendi
Tentum uel tensum: sic eius compositiuum
Ostendi ostentum dabit ostensum quoq; rite
A comedo ueniet ue comesum siue comestum
Edi fert esum uel estum: pedo pepedi
Nulla supina tenet: do nempe datum retinebit.
Ex do composita o per i mutant: & capiunt tum
Ordinis ac terni fuerint tunc compositiua.
Hinc dat itum reddo credo perdo quoq; condo
A bsconsum uel itum profert abscondo supina
Hinc dat itum reddo credo perdo quoq; condo
A bsconsum uel itum profert absconso supina
Ars diomedis ait: sed cudo reddere cudi
Dic cusum: cecidi cado casum nempe creabit.
Ordinis at primi quoniam est circundo datum fert
De cusum uideas quum in si perfecta notantur
N do precedens perfecto si remouetur
F ac tollas etiam formando quippe supino
S geminans: quando correpta est ante suprema.
Findo fidi fissum: Scissum scidit indicat illud
Longi perfecti simplex s iunge supino.
Vt fundo fudi fusum. compostaq; simplex
Diffudi monstrat diffusum: rite sequuntur.

In Gi.

In gi præteritum per ctum formare supina
Debeat instantis mutatur go quia per ctum
Sic pungo pungi uel punxi iungito punctum
Sic ago dans egi feret actum. Compositiua
Ex uerbis in go licet in p̄sente mouent. a.
Tunc per i suscipiunt illud faciendo supina.
Exemplū sumas ago cuius compositiuum
Exigo iam profert exactum frango creabit
Infringo infractū. Tango contingo reducit
Contactum: pango dans pactū uult generare
Impingo impactū fugio fugi fugitum dic.
Ast euphonie causa remouere uolunt. N.
Quum retinet siue a siue i penultima: pandit
Frāgo quidē fractū infringo infractū generādo:

In ii.

Quod dat ii cum ui: debet tum ferre supino.
Ordinis aut quarti uel cuiuscunq; sit illud
Munio muniui seu muniit edere debent
Munitum: scitum scio sciui uel sciit edunt.

In Li.

In li sum finit: quotiens l congeminatur
Instantis: fallo sic falsum dico fefelli
A pello pepuli pulsum: uelli quoq; uulsum
Nempe tuli latum: perculsum perculit effert
Excello excelsum profert excelluit atq;
Exculit: at psallo uoluere carere supino:
Tollo simul: q̄uis sublatum sumere possit

In Mi.

In mi perfectum solet i conuertere per ptum
Emi sic emptum uel ademi format ademptum.
Ante t propterea præponitur. ante t nanq;
M sine p positum ualde male consonat usq;.
Iccirco sumptus promptus quoq; suscipiūt. p.

In Ni.

In ni ntum format ueni uentum generabit
Adueni aduentum cecini quoq; iungito cantū.
Occinit hinc profert occentum rite supinum.
De quo præteritum per ui quo perlege lector.

In Pi.

In psi præteritans i per tum uertere debet.
Rupi dic ruptum: sic cœpi dicito cœptum:
Incœpi incœptum: Capio uult reddere captum:

In Qui.

In qui commutant qui per ctum: sit tibi testis
A liqui lictum: deliqui de quoq; lictum.

In Ri.

R prius o geminans præsens: ro uertere per sum.
Debeat id curro demonstrat rite cucurri
Cursum: sic uerro dans uerri dat quoq; uersum
Fert pario peperi partum: paritum fugit: & si
I pariturus habet duodeno statius ipse
Protulit: atq; hosti ueniat paritura marito
Eius compositum certe formabit in ertum
Competit ostendit compertum: siue repertum.

In Psi.

In psi præteritum: pro si ptum sumere debet:
Hinc scripsi scriptum uel nupsi dicito nuptum:
A scalpsi scalptum compsi comptum quoq; formes
Repsi uel reptum dempsi demptum simul adde
Et sepsi septum: sorpsi nil sorbuit edunt.
Cambio prætereca campsi campsum uariabit.

In Si secundæ uel tertiæ coniugationis.

In si fac mutent si per sum siue secundi
Ordinis aut terni fuerint: dat rideo risi
Risum: sic arsi dabit arsum: fulgeo fulsi
Fulsum declinat: sic tersi tergeo tersum
Et lusi lusum: rasi rasum quoq; iunge.
Hæsi fert hæsum mansi mansum retinebit.
Et iussi iussum: cessi cessum uariabit.
A quatio quassi quassum quoque sumitur apte
A parco parsi parsum & parsurus habetur
E cudo cudi uel cusi ducito cusum.
Inde frequens cuso est: accuso incuso recuso
Hinc componuntur: quare cussum caueamus:
Indulsi indulsum siue indultum generabit
Sic mulsi mulsum uel multum: torqueo torsi
Torsum uel tortum tamen in tum sæpius effert
Duplicat s misi nam missum reddere debet
At gessi gestum dabit: ussi format & ustum

103

Ferre capessitum uoluere capesso capessi.

In si quartæ coniugationis.

Ordinis at quarti perfectum: si retinendo
In tum formabit præ euntibus l uer r arsi.
Farcio dic farsi farium: farsi quoq; fartum
Fulsio uel fulsi fultum: sed cætera debent
Vertere si per sum: dat sensi sentio sensum
Rautio uel rausi rausum s sic cambio campsi
Campsum declinat: tamen hausi concipit haustum.

In Ti.

A stetit est statum: nomen status est breuiandum
Lucanus decimo quorum stata tempora status
Ex sto uel sisto duplici composita supino
Iunxerunt ueteres: monstrat absisto uel absto
Abstitit: abstatum quoniam uel itum generabunt
Præstatum uel itum præsto quoq; præstitit effert
Dat uerti uersum: aduerti aduersum uariabit.

In Vi syllabam.

Cunctis ordinibus ui syllaba: ui mouet in tum.
Oraui oratum: uel amaui pandit amatum.
Dimico sic aui retinens formabit in atum.
Et iuui iutum: cieo ciuiq; citum uult.
Nempe situm siui: moui dic poscere motum:
A pluit at plutum penitus tamen esse negabis
Sanciui format sancitum: rite plicaui
A tum ferre uolet: plicui placitum generabit.
Delino format itum: delectum deleo reddit.
Dans oleo ast olui: uel oleui format oletum:
Persius id nomen tantummodo perdocet esse.
Scripsit enim carmen: ueto quisq; faxit oletum
Absoleo leui formans uult sumere letum
Ex oleo leui letum quoq; suscipit apte
A st abolet leui atq; lui letumq; litumq;
Nempe adolet leui ue lui formabit adultum
A nosco noui notum deducere debes
Ignosco ignoui ignotum formabitur inde
Ast in itum agnoui cognoui & sæpius edunt
Agnitus accipies iuuenalis protulit ipse.
Lucanus terno dixit mihi cognitus axis
Nempe agnatorum quondam Salustius inquit

Regula prima quidem pellit quæ uerba sequuntur
Nam paui pastum: seuiq; satum generabit.
At sero dans serui sertum uariare docemus.
Inserui insertum: sed itum inseui retinebit
Laui fert lautum ac lotum: quondamq; lauatum
Ast ubi me fessum sol acrior ire lauatum.
Admonuit: Venusinus ait: quarto quoq; fasti
Sacra lauaturas mane petebat aquas.
In sexta lautum fert: Comicus ante lauatum
Potatum ueteres: potum dixere minores
Est potaturus prope me fert comicus ipse.
Tranquillus sexto potaturus quoq; dixit.
Poturæ te nile grues lucanus at inquit.
Nempe solutum effert solui: uoluiq; uolutum
A caui cautum fauit fautum generabis.

In ui syllabam. & in ii.

Quod dat ii cum ui: debet tum ferre supino
Ordinis aut quarti uel cuiuscunq; sit illud
Atq; supinorum longa est penultima semper.
Hinc bene munitum muniui & muniit edunt.
Excipiuntur eo retinentia uerba sed inde
Ordinis ac terni disyllaba siue secundi.
Nanq; supinorum breuis est penultima cunctis
Sic eo dans iui uel ii: dat itumq; supino.
Sic aditum recte profert adii uel adiui.
Nempe situm generat siui atq; sii: lino liui
Quippe litum format raro licet inueniatur
A cio quod quartus tenet ordo sumito citum
Nanq; citum cieo ciui atq; cii generabit.
Veneo dat uenum ueniui & ueniit edens
At sepeliuit habet peliit quoq; rite sepultum
E salio salii ue saliui ducito saltum
Sallio salliui cum sallit edere debet
Sallitum: sallo dans salii iungito salsum.
Sallio sallitus salliturus generabit.
Sallo tamen salsus salsurus & edere debet.
Ambio præteritans ambiui ac ambiit effert
Ambitum nomen tamen ambitus est breuiandum.

In ui diuisas.

Diuisas in ui perfecta cadentia: si co

Verba tenent: tollatur ui tum postea sumũt:
Id necui nectum: secui sectum manifestat.
Sed mico dans micui uoluere carere supino
A plicui plicitum descendere diximus ante.
Cætera diuisas in ui per itum supinabunt.
Sic domui domitum: cubui cubitum uariabit
A uetui uetitum: crepui crepitum retinemus.
Vult pono posui positum: dixere repostum
Ennius atq; maro: simplex tamen effuge postũ
Altera diuisas in ui: si neutra secundi
Ordinis existunt caruerunt nempe supinis.
Id pandit calui tepui rubui maduiq;
Actiuum per ui: sublato u tum sibi iungit.
Sic habui profert habitum monui monitũ dat
Vult gigno genui genitũ: strepui strepitumq;
Ast alui profert alitum generabit & altum.
Elicui recte uolet elicitum generare.
Virus & elicitum nono lucanus habebit
A metui & timui debes remouere supina.
In tum uertit ui docui doctum supinando.
Sic tenui tentum rapui raptum uel apertum
Inserui insertum desertum deserui dic.
Arripui arreptum exercui exertum uariabit.
Occului occultum: consultum consuluiq;
Fert colui cultum: censum sed censuit effert.
Messui habet messum: excelsumq; excelluit edet
Pinsuit at pistum: sorpsi nil sorbuit edunt.
Octauo in libro finis pinsita legetur eolum
Torruit a tostum statui generare statutum
Hæc i præteriti per tum conuertere debent.
Imbuit hinc profert imbutum format acutum
Nempe acui indutũ dabit induo quippe supino
Annuit annutum innutum simul innuit effert
Arguit argutum argutus simul inde creatur
Hinc arguturus siue arguiturus habetur.
Arguor ab phocas perfectum denegat esse.
Conuictus sed enim conuincor cõmodat illi
Peccato argutus solinus dat prope finem
Stupri ait argutam plauti comœdia prima.
Ab ruo nempe rutum ruiturus & edere debes

Nosce uolo sterto spuo sisto carere supinis.
A cano compositum formam sectabitur usq;
Simplicis a cantum succentum dicimus inde.
Occinui occentum siue occinit euariabunt.

In xui uel xi.

In xuit aut in xi recte formare supina
In xum narrantur sic nexum nexuit effert
Pexuit & pexi pexum flexi quoq; flexum
Texuit a texo textum generare ualemus

In xi.

Præteritum per xi cuiuslibet ordinis:in ctum
Xi uertit:luxi formabit lugeo luctum
Frigeo uel frixi frictum:sic auxi & auctum
A rexi rectum capies duxi quoq; ductum.
At pinxi pictum generat:finxi quoq; fictum.
Strinxi dat strictum:minxi mictum uariabit.
A ringo rinxi rictum quoq; ducere debes
Hæc euphoniæ causa n mouere supino.
Quamuis retineant illud iunctum quoq; tinctum'
Extinxi extinctum:punctum cinctum simul unctum
Anxi anctum:quidam dixerunt anxus ab ango
Dat sanxi sanctum:sanciui tradito citum.
A flexi flexum uariant fluxi quoq; flxu m
Luxi & polluxi docuere carere supinis.

Carentia supinis & participiis.

Verba carent quotiens lector iucunde supinis
Tum participiis perfecti siue futuri
In rus deficiunt:oriuntur nanq; supino.
Sic timeo timui refugit timitus timiturus.
Grammaticus docuit:nullum formare supinum
Vrgeo cum renuo:metuo:timeo:tremo posco.
Compesco:fugo:disco:spuit arceo lingo
Caluoq; cum tollo:q̃uis sublatus ei dant.
Ango anctum profert:anxus quoq;:rus fugit autem
In meditatiuis incœptiuis quoq; uerbis
Talia deficiunt:tibi parturio esurio do
Expmplum horresco feruesco siue tepesco.
In neutris etiam desunt:quæ sunto secunda
Ac per ui faciunt perfectum:caleo monstrant.
Ferbeo cum tepeo:stupeo:lateo:niteo ue

105

Ex his tollũtur septem solummodo uerba.
Nam doleo doliturus habet:careo cariturus
Sic ualeo placeo noceo pateo caleoq;
Pelignus dixit:caliturasq; ignibus aras
In decimo terno:pateo passurus habebit.
Hæc quoq; deficiunt in rus propriisq; supinis
Ambigo:scando luo sterto uel strideo strido.
Psallo:mico rudo pedo:tum parco peperci
Et conquinisco:uel obedio dego pauetq;
Luceo tum sisto:satago scabo malo uolo ue
Ac nolo:& glisco cresco pluit estuo uergo
Mando:simul sorbo cum sorbeo. Plinius ipse
Inueniendi auri tirulo sed parcitum inquit
Vult participio phocas caruisse futuri
Sitio seuo fluo ferit algeo. Plinius autem
Sæpe saturus ait mando mansus retinebit
Nanq; cibos mansos Fabium dixisse notaui.in.x.
In Plauto meminens legitur:tamen effuge lector
A cœpi cœptus cœpturus & ipse relegi
Tranquili quarto decimo quoq; Quintiliani.
Osurus cicero fatur dum lesius inquit
Exosus ue perosus ait Plautus tulit osus.in.i.
A noui est notus
Liquor uel medeor liceor uescor,reminiscor
Fert liquens ue medens ue licens uescẽs:reminiscens
Dat reor ipse ratus Diomedes:non tamen ultra
Nempe fruor fruitus uel fructus sum uariabit
Sed fruiturus habet fructurus nemo notauit.
Fretus confisus fertur:sic dicito nomen.
Threicia fretus cithara fidibusq; canoris. Verg.
Inuenies tu nempe fruens cicerõia quærens.in.n.d.
Nascor dat nascens natum quoq; dic oriturus
Ac oriens ortus moriens tuus & moriturus.
A nascor phocas rus scribit non reperiri.
A participium neutris generato futuri
Præsentisq; etiam:staturus stans quoq; pandit.
Inuenies quæ tu neutralia præteritorum
Dant participium ueluti pransus placitusq;
Nupta ue cœnatus:pateo passus simul adde
Assuesco assuetus:nomen tamen esse putarunt.

A titubo titubatus erit:poto quoq; potus
Actiue potus passiue & sumitur apte.
Sic etiam formant neutropassiua:docebit
Gaudeo gauisus. Soleo solitus:simul ausus
Audeo sic fido nam fisus præteritabit.
Fio quidem factum solum retinere docemus
Quod tibi demonstrat melior donatus abunde.
Prædictis careant impersonalia cuncta
Vt pudet atq; piget:tedet:licet'ac libet & si
Fert puditum plautus:pigitũ quoq; syllius inquit. yii.
Nec pigitum paruosq; lares humilesq; subire
Pertesus pertedet habet:suetonius ipse
Ignauiam pertesus ait de cæsare narrans
Pœniq; tens regimen nostrum uerbale docebit
Naso ait & uultus sine rusticitate pudentes
Nec gener est nobis ille pudendus ait.
Poscis ab inuita uerba pigenda lyra.prop.
Hæc tamen aduertas potius tu nomina dici.

Supinorum Finis.

Antonius Mancinellus inclyto adolescenti Ioanni michaeli de bonis auguriis:clarissimi uiri. Dominici filio Vrbani quidem gymnasii. doctoris summi.S.P.D.

AVgur romulidas inter celebrande michael.
Laudibus innumeris:spes decus aura meis
Calliope te nostra petit:chorus ipse sororum
Consequitur phœbo percutiente lyram.
Has tu suscipiens:lauro redimitus ad altam
Parnasi cyrphin illico ductus eris
Hic sacrum nectar libans dicere poeta,
A serei calamos calliopeia dabit.
His igitur poteris clari memoranda parentis
Plurima uicturis tradere carminibus.
At quia permagna est genitori copia laudum
Deficient uires promere cuncta tibi.
Quid refert iacobus adest marcellus & alter.
Est bernardinus gloria romulidum.
Cantabunt igitur uersu quæcunq; decoro
Promere noluerit calliopeia tibi.

Mancinelli ueliterni Versilogus.

106



Exametrum pedibus senis deducere carmen
Thespiades monuere dee pia numina uatum
Heroum quintus: spondeum sextus habeto
Communes reliquis debent utriqȝ reponi;
Dactylus e longa fiet breuibusqȝ duabus.
Martius ostendit: uel carmina nempe latinis
Spondeum faciet dissyllaba dictio longa.
Multi uel currunt amens ue exempla teneto.
Vltima cuiusqȝ est communis syllaba uersus
Pentametri dabitur primis romanæ duobus.
Spondeus duplex duplex uel dactylus aut sint
Alterni: post hos bene syllaba longa sequetur.
Inuenies quandoqȝ breuem tu plura legendo
Dactylus ille duplex Post unica syllaba detur
Temporis unius correpta est syllaba semper
Longa duum: nono fabii precepta notarunt.
In pede sic quinto spondeus sepe locatur.
Dactylus æqualis spondeo in tempore nam sit:
Cornua uel atarum obuertimus antennarum
Tertius æneidos meminit.
Inter uocales i duplex consona fiet.
Maiores meio uel maii pandit abunde:
Syllaba detur ei duplex: hei syllaba sola:
Vniusqȝ etiam cui dicas: huic quoqȝ iunge:
Ille cui: patuere cui albinus tamen inquit. Pris. vii.
Lætus huic dono uideas dare thura nepotes.
Falsus huic pennas: syluarum protulit auctor.
Accipe pompei quarto nasonis habetur.
Ast aliqui pompei dicunt: uultei quoqȝ: caiqȝ
Durus ait uultei nimis attentusqȝ uideris: hor. vii. ep.
Caius a prima tremebundus luce salutat: Mar. ix.
Quod debes cai redde inquit phœbus & illic: Mar. ix.
I simul u iunctæ uocali consonæ habentur
Continuo ueruntamen unica syllaba fiet.
Vt ianus iuno uinum uaccinia uellus.
V post g seu q uocali nempe sequente
Vim perdit iam lingua docet iam pandit iniquus:
Euanescit item dicendo suesco ue suetus.
Dicendo & suauis persuadeo siue ferendo.
Quod tu id maluisti lucilius edidit ipse. Tul.

Statius at dixit quos nos inopina suasit. Th.i.
Flaccus item scribit: furesq; fereq; suete. Hor.i.ser.
Consona uocalis facta est in persoluenda
Nunc quoq; te saluo persoluenda mihi. Nas.ep.iv.
Ex iidem ac iisdem uocalis tollitur una.
Seu potius binas uocales uerus in unam.
Ii simul atq; iis tu monosyllaba dicere debes
Dii quoq; diisq; simul tolletur litera prima
Semianimus lector semiustus semihominis ue
I perdunt quotiens scandendo diuido carmen
E dehinc amittit: sic deinceps. eæ quoq; perdunt.
O q; pro inde suum dimittere debet ubiq;
E deerat perdit: deest perdere uult simul illud
Cogitat ut speciosa dehinc miracula promat
Flaccus in arte tulit: sunimus fert ipse poeta
Vix ea dicta dehinc progressus monstrat & arã. in.viii.
Fracta dehinc cunctis auersaq; pectora bello. Th.viii.
E quoq; sæpe fugit uocali post subeunte.
Vergilius profert alueria uimine texta. in.iiii.g.
Nec tantum rhodope miratur & ismarus orphea. in.b.
Eerreiq; eumenidum thalami & discordia demẽs.vi.
Iam ualidam ilionei nauem iam fortis achate. Vir.i.
Caucaseasq; refert uolucres furctumq; promethei. in.b.
Ilionei quidam ueruntamen atq; promethei
Scribendum monuere syneresin efficiendo.
Ecthlipsis necat m: uocalem aufert synalœpha
Multum ille et terris fuerat iactatus & alto.
Terminat m nomen quotiens uocalis & illud
Consequitur prima est uocalis & m remouenda.
Dictio præcedens uocalem post retinendo
Illam dimittit uocali quippe sequente.
Id tamen haud semper possunt seruare poetæ
Insule ionio in magno fert musa maronis.in.iii.
Victor apud rapidum simoenta sub ilio alto
Et uera incessu patuit dea ille ubi matrem.in.i.æn.
Ter sunt conati imponere pelio ossam.i.g.
Et longum formose uale uale inquit iola.in.b.
Clamarent ut littus hyla hyla omne sonaret.in.b.
Credimus an qui amant ipsi sibi somnia fingunt.in.b.
E gerat a stabulis o erythee tuis. Prop.iiii.

107

Rumpe moras omnes turbataqꝫ arripe castra. Vir. ix.
Nomen & arma locum seruant: te amice nequiui.
Saltem laudemus dummodo ipse egeat. Cat.
Bellorum pompa animam exhalasset opimā. Iu. sat. x.
Insignita forent tum milia militum octo. æn.
Et formam contra positarum imagine coni. pris.
Viuendum est recte: propter plurima tum his. Iu. sat. ix.
Ast aliqui tum iis scripsere i consona quo sit
S cum uocali sibi iuncta aliquando mouetur.
Aut ouium fœtus aut urentes cuncta capellæ. Vir. ii. g.
Inter se coiisse uiros & decernere ferro. in. xii.
At seneca octauo uult esse & cernere ferro.
Dispositus prædiues hais uigilare cohortē. Iu. sat. xiiii.
S quoqꝫ sola perit: te nanqꝫ exempla docebunt
Arboribus ueteres decidere falcibus ramos. Luc. v.
Affixus nostris tu dabis supplicum cat.
Sudor ibi arcano florentes igne smaragdos. th. ii.
Interea sol albus recessit in infera noctis. En.
Linquimus insani ridentes præmia scribæ. ho. i. ser.
Exuperat uersus cui syllaba hypermeter esto.
Ecce furens animis aderat tyrinthius omnemqꝫ
Accessum lustrans huc hora ferebat & illuc. uir. ix.
Finem principio uersus adiunge sequentis
Qua cessum dicens: de cunctis sic quoqꝫ fiet.
Vim quandam in uersu aspiratio habere uidetur.
Haud tamen id uerum est: illa sine nanqꝫ relegi
Carmina multa quibus synalœphe nulla tenetur.
Exempla ostendi uideas illa subeunte.
Post habita coluisse samo hic illius arma. uir. i.
Pontice cum licino hic quoqꝫ magnus hō est. mar. ii.
Si fur displiceat uerti homicida miloni. Iu. sa. ii.
Atqꝫ catullus ait iam dicetur hymeneus
Virgilius manibus hominum periisse iuuabit.
Quid mirum plura inuenies non hac subeunte
Longa quidem prolata licet correpta locanda
Dum sanguis inerat lucani continet alter.
Nam tibi tymbre caput euandrius abstulit ensis. uir. x.
Luctus ubiqꝫ pauor & plurima mortis ymago. uir. ii.
Et furiis agitatus amor & conscia uirtus. uir. xii.
Pectoribus inhians spirantia consulit exta. uir. iiii.

Nostrorum obruimur oriturq; miserrima cedes. uir.ii.
Liminaq; laurusq; dei: totusq; moueri. uir. iii.
Sideraq; uentiq; nocent auideq; uolucres. nas. in. v.
Mittit hypermestra de tot modo fratribus uni. na.

Prima syllaba.


Octo rite modis noscetur syllaba prima.
Seu positu: seu diphthongo: seu præpositiua
Deductu exemplo uel norma compositumue
Vocali ante aliam. Positus tamen esse feretur
Quum post uocalem ponetur consona bina.
Vel plures aut x duplex: aut z: uel i sit.
Vt tempus lustrum dixerunt azimus aio
Hinc semper longa est uocalis quæli bet ante
Dictio præcedens positu quandoq; potitur.
Vindicta grauior q̃ iniuria: fert iuuenalis. sat. xvi.
Occulta spolia & plures de pace triumphos. sat. viii.
Cur hedera cincta est; hedera gratissima baccho. li. 3.
L tamen r q; simul post mutam forte sequentes.
Vocalem efficiunt communem si breuis esset.
Id cyclades pandunt uel cyclades: atq; doryclus.
Sic patris ac tenebre: patris uel siue tenebre
M simul n græcis liquide quoq; uocibus insunt
Ecce inter primos theramneo a sanguine clausi. syl. viii.
M tanq̃ posuit mutam. Marcus tamen inquit
Delectat marium iam perniciosus ichneumon. in. vii.
Euterpe cohibet nec polymneia. Hor.
Communem mediam græcis seruabit arithmos.
Diphthongus græce producitur atq; latinæ.
Euterpe prædico docent: breuiato præustus
Corripies etiam romane præire præesse.
Composte de pre se di quoq; præpositiue.
Sunt producendæ dirimo breuiare memento
A simul e longa est: uocali non subeunte.
A mitto euado uobis exempla dabuntur.
Ab uel ad obq; breue est: uocali nempe sequente.
Nempe re corripitur: refert producitur esse
Vtile significat quotiens distat ue notabit.
Producit redduco quidem breuiatq; reduco
Dii, tibi dent capta classem redducere troia. hor. ii. ser.
Palma negata macrum donata reducit opimum. ii. ep.

Pro longam doceo: uocali non subeunte.
Nam proauus prohibet soliti breuiare poetæ
Corripiunt etiam profugus ue procella profanus.
Tum pronepos propero proficiscor siue proteruus
Sicq; professus erit ue propheta profecto profundus.
Adde simul dictis ue profusus siue professus
A prope siue procul dixerunt talia duci
Corripit & prologus: Tu cætera nosse labora.
Deductæ uoces primaria rite sequuntur.
Hinc donum a dono ueniens producitur usq;
A breuibus deducta quidem producimus ista.
Iunior: & casus staturus regula remus
Vitupero humanus: laternaq;: sæcula: rapum
Legem iucundus binus: totus quoq; regem
Regula uel denus: nouus: uocem quoq; trinus.
Viginti italiam: uel macero: uenaq; uomer.
Iumentum: petus iungatur secius humor.
Sicilis ad fomes: ceritus iugera sedes.
Cætera marte tuo poteris dignoscere lector.
Hæc nata ab longis correpta reponere debes
Sume dicax: stabilis: manus & titulus uel arista
Iunge lucerna: sopor: quater: atq; farina disertus
Sic fragor: aut fragilis: ducis atq; tigillus osella
Adde uadum ue sagax prædictis adde sigillum
Iunge uirum: uel aquam noto uerbum: iunge quaternus
Inde mamilla: fides: siquidem nato: siue bubulcus.
Hinc odium lotium: fatuus uel curulis acerbus
Et femur: ac ligulam: uelo omasum: sic & aceruus
Cætera marte tuo poteris dignoscere cuncta.
Exemplo utemur: ratio quum deficit ulla.
Inde siler breuio sectans exempla maronis
Curua tenent: ut molle siler: lenteq; genistę. in. ii. ge.
Hinc rufine sequar te quum penultima dices
Tullius hunc laudat cui sit penultima longa: Ruf.
Tubera sunt fungi: tuberes at poma uocantur
Obiice producas: obiceat correpta locetur.
Correptum subicit productum subiicit esto.
Communem retinent primam quæcunq; sequuntur
Gradiuus: pelion: palatia siue diana.
Hymen fidenæ rubigo liquor ue pachynus.

Sycheus: tinæ uirum liquidusq; sicanus.
Britanni ac italus: bithynus siue profectus.
Profundo uerbum cacus quoq; iunge propino
Procuro orion: corcyra ac insula quædam.
Himulus: & carthis: silenus criticus atq;
Rutilius: rudo uel lycas: atq; pyrene.
Dolon curetes uerum tu plura notabis.
Regula iam ueniet: qua syllaba prima patebit.
Præteritum quotiens dissyllabon inuenietur
Producit primam ceu legi: Tolle fidiq;.
Tolle dedi atq; tuli sterit & bibit ac scidit ipse
A bscido abscidi abscindo tamen abscidit effert
Præteritum geminans primam sibi corripit usq;
Pendeo demonstrat solitum formare pependi
Cætera præsentis naturam quippe reseruant.
His tamen exceptis genui posui potuiq;
Nam gigno & pono possum quoq; longa notantur.
Inuenies reperi repuli retuliq; legendo
Repperit inuenies & reppulit: illud idem sic.
Producunt primam dissyllaba cuncta supina.
Vt lusum uisum: Tolluntur itumq; quitumq;
A cieoq; citum: coniunge datumq; situmq;
Adde litum ue satum ue rutum: stata iungere debes
Composita accentu monstratur syllaba quanta est
Perlego præpono prædico præparo dices.
Vocalis tamen ante aliam correpta manebit.
Nominibus nostris: præter dius simul aer.
Nomina græca tamen sunt ista ferenda latinis
Dic fio fiebat item: Sed nempe sequenti
R post e ut fierem fieres correpta docemus.
Græca quidem producta leges correptaq; multa
Aonides clio demonstrat: iulus iolla.

Media syllaba.

Syllaba quinq; modis mensa noscitur ipsa latinis
Diphthongo: positu exemplo: accentu quoq; bino
Vocali ante aliam diuisim cuncta patebunt
Diphthongus longa est: positus quoq; longus habetur
Pandit lenæus comœdia siue repostus
Noscitur exemplo fiducia quanta locetur.
Omnis spes danaum & cœpti fiducia belli: Vir. ii.

Bacchius rufinus ait: non bacchius autem.
Principium bacchius erit: concludet iambus.
 Communis medias quædam seruare notabo
Contudit: syphacem pharsalia siue pataui.
Cyane cyane: lecythus lecythus atq;
Connubium: cybele: bebrycis siue cibelle.
Orion dices orionis ac orionis
Aegeona ferunt egeona sepe poete.
Porsena: ficedule porsenna & iunge sicanus.
Plura quoq; inuenies sita sic relegendo poetas.
 Communem retinet mediam ablatiuus eodem.
Ne placeat curru seruus portatur eodem. Iu. sat. x.
Non eodem cursu respondent ultima primis
Hoc eodem ferro stillet uterq; cruor. proper. ii.
Vno eodemq; tulit partu: maro protulit ipse. in. xii.
 Sic etiam dices in eadem posse notari
Vna eademq; uia sanguisq; animusq; sequuntur. Vir. x.
Hac eadem rursus lygdame curre uia. proper. iii.
 Accentus lex est: qua syllaba tollitur ipsa
Deprimitur ue tibi quicq; romane ferendo.
 Est grauis accentus circunflexus uel acutus
Deprimit ipse grauis uocem tollit sed acutus
Ast circunflexus uocem leuat & premit ipsam.
 Noscitur accentu solum penultima quanta est
Sidera latratus fortuna uel incidat ample.
Semper ubiq; feras uel ibidem: corripe nunq;
 Ante aliam semper uocalis corripietur
Vocibus in nostris: ut gloria filius: at dic
Vnius unius uel sic cognata repones
Alterius tantum uel alius dicere debes.
 Consona præcedens es quinte: res tibi monstrat
Tradite correptum genitiuo siue datiuo
Nanq; rei format fideiq; fides generabit.
At si præcedet uocalis longa sit e tunc
Ostendit facies faciei siue diei.
Aulai pro aulæ recte producere debes.
 Dic choream plateam ue choream siue plateam
Sic maleam dices ue maleam nomina græca
Corripiunt partim: partim producta uidebis
Oceanus simois docet id: spondeus oreas.

Vltima syllaba.

Vltima noscetur triplici ratione latinis.
Diphthongo ut musæ:positu quoq; sic amarent
Regula prædictis q̄plurima iungitur apte.

In A.

Omnia lector in a debes producere sicut
Interea contra:tolles ita uel quia tantum.
Vltra uel frustra uerum communia legi.
Ima uehunt cæli luxit dum frustra frequenter. ruf. in arat.
Curaq; nil prodest:nec dicitur ultra cicatrix. serenus.
Induperatiuum primæ producito semper.
Casus in a breuis est:præterq̄ sextus ut aula.
Quintus item græcus quem rectus in a s generabit
O palla ænea diama bitia peliaq;.
In rectoq; etiam muliebria sæpe pelasgum
Produxere:uelut tegea:nemeaq;:theaue.
In ginta inuenio communia:corripe genta
Quadringenta docet:uel quinquaginta michael.
Quinquaginta uiros:prologo dixere secundo. in th.
Quadraginta dedit gracchus sestertia dotem. Iu. sa. ii.
Mutua q̄ nobis ter quinquaginta dedisti. Mar. li. iii.
Sexaginta teras cum lumina mane senator. Mar. li. xii.

In E.

Producuntur in e monosyllaba:me ceu te:se
Ipsaq; pro & breuiat:quæ longa est:semper ubiq;
Rite næ pro an breuis est:prohibens ne longa manebit.
Næ quoq; pro certe uel pro ut non:longa docetur.
Væ populo dicens producas corripe pro uel.
Fœmineum nomen græcorum sit tibi longum.
Penelope libye nerine pandit abunde.
Quinte ablatiuum produc terne breuiabis.
Excipiturq; fame:tabe communis habetur.
Diphthongo prime genitiui siue datiui.
Recti uel quinti plurales:sunt bene longi.
Exemplum musæ demonstrant siue poetæ.
Quippe uocatiuis primæ sextus ue pelasgum
Producunt semper:docet anchise uel achate
A dandi casu deducta aduerbia produc.
E sumunt quotiens mutato o pandere possunt
Docte uel stulte Breuia male uel bene semper

110

Illa fere ferme quare & producere debes
Induperatiui longi quoqꝫ sunto secundæ.
Dic uale siue uale: quoniam reperitur utrumqꝫ
Idqꝫ quod ignoti faciunt uale dicere saltem.in.i.trist.
Tu tepe communem lector cale uelliqꝫ pones.
Alta tepefaciet permixta sanguine cede.Cat.
Thura liquefaciunt peligni septimus inquit
Omne aliud iamiam polysyllabon est breuiandum
Scribere demonstrat prope gausape cæpe cubile.

In I.

Infinita uelut studui productio cuncta.
Græcorum quintus ceu thebai corripietur
Sicqꝫ datiuus aget d iuncto id philidi monstrat.
Tyndaridi uerum paridiqꝫ propertius inquit.lib.iii.
Statius at thetidi: quare sic plurima cernes
Præcipue quotiens his nomina græca tenebunt.
Ast ubi siue mihi tibi uel sibi lector ibi ue.
Communes legi nisi uel quasi corripiuntur
Sæpe quasi rursus uertens produxit aratum.

In O.

Omnia ceu do sto monosyllaba longa feruntur
Producunt breuiantqꝫ simul polysyllaba uerba.
Nomen item ueluti curro currendo Catone
Ablatiuus enim producitur atqꝫ datiuus
A domino monstrat. Duo semper corripietur
Sæpe ergo communem sacri posuere poetæ
Frater ego tibi sim filius unus ego. Prop.ii.
Græcula ceu dido uel sapho longa tenebis
Tanto uel quanto sic cuncta aduerbia produc
Illico corripies: modo mutuo uel cito semper
Commune est ergo crebro sero atqꝫ profecto.

In V.

V longum pones ueluti cornu uel amatu.

In C.

In c producas: seu fac dic duc simul halec.
Excipitur donec lac nec quia corripiuntur
Hic pronomen erit commune alias bene longum.

In.b.d.m.t.

B d corripiunt sic m t ni positus sit:
Vel sit diphthongus uel sincopa facta poetis

Sub uel ob ostendunt ad sed caput occiput umq;
Insignita forent tum milia militum octo: En.
Magnus ciuis obit & formidatus othoni. in. sat. vi.
Quis nescit: aut quis non uidit uulnera pali. in sat. vi.

In h.

Ah uah producunt:

In l.

A breuies semper ceu sal semel annibal & mel.
Sol nil produces gabriel pol siue michael.

In n.

N producatur: ceu titan quin helicon spen.
Exipe tu forsan uel forsitam attamen exin.
In uel an atq; uiden: sic crescens per genitinum
Vt nomen producit hymen syren quoq; semper
An uallas præferre preces balbus tamen inquit. li. vi.
Rectus in in delphin demonstrat longus habetur.
Ilion ac pellon breuies: sic plura pelasgum
Quartus in in breuis est ceu tigrin thirsin & isin
Quartus in an primæ uel in en: producitur usq;
Indicat ænean anchisen penelopen ue
Fœminei quartus dans an breuiatur ubiq;
Maian ut ægian: Sed naso in tristibus inquit
Qui legis electran & egenten mentis: Orestem. li. i.

In r.

Omnia lector in r correpta ut cæsar & imber
Producas aer craterq; staterq; character
Sic liber ether cur fur panther quoq; lar far.
Ver nar par: dispar uel compar compositiua
Cor commune leges amor atq; dolor pauor atq;
Plurima sic etiam ni forte figura notetur.

In as.

As finita uelut pietas producito cuncta.
Corripe græca tamen si dis genitiuus habebit.
Palladis ut pallas plurales corripe quartos
Græcorum ternæ uelut archadas ac elephantas.

In es.

Es retinens produc species ostendit & heres.
Corripe multa tamen: penes inquies es quoq; uerbum
Compositiua simul: Breuis & penultima crescens
Inq uibus est breuis es: teres ut miles simul hospes.

Hæc tamen excipimus: paries aries abies spes.
Resq; ceres & pes iungantur compositiua.
Plurales casus græcorum corripe semper.
Lampades accipiam: uel troades: aut garamantes.

In is.

Is correpta manet: tum græcis: tumq; latinis.
Vt paris ac ignis: produc simois pyroisq;.
Tethyos & tethys: Thetis ac thetidis breuianda.
Sic micat: aut rutilis pirois: aut ore corusco: colum
Et formidantem patrios pyrœnta dolores
Balbus ait quinto recto ei diphthongus habetur. prisc. vii.
Delphis delphinis sic aris: sic & eleusis.
Vel delphin: arin & eleusin: longa manebunt,
Producti recti quibus a penultima crescens
Longa datur patrio: samnis samnitis id offert
Casus in is numeri longus pluralis habetur
Vt quis uel nobis: dominis: Vis sis quoq; longe
Sic nolis: q̃uis adsis: & compositiua.
Is uero quis: bis: mis: tis: sunt corripienda.
Verborum quartæ: uelut audis ultima longa
Nescis uel dormis communia legimus esse.
Producunt fueris dederis legerisq; poete
Longa uelis mauis: is uerbum & compositiua
Vt transis uel adis uel obis: si cætera cuncta.

In os.

Os longum fiet: uelut os oris ue sacerdos.
Os tamen ossis habens breuiandum compos & impos
Corripe græca uelut cahos ilios ac genitiuos
Tethios iliados: longa heros tros quoq; minos.
Androgeos & athos uel rhinoceros phileros ue.

In us.

Vs breue ceu marius: monosyllaba longa uelut thus
Sic et iam tellus quibus & penultima crescit
Longa quidem semper: palus est communis habenda
Quarta autem patrium producit: tris quoq; plures
Longi græcorum patrii didus ue calypsus
Longa manent hydrus panthus manthus ue melampus.
Pus retinens breue fit quotiens iunxere secundæ
Oedipus ostendit græce œdipos atq; menelampos.

Finis Elegi metri: quod binis uersibus constat.
Hexametro heroico subiuncto quinario.

Carmen Saphicum hendecasyllabum.

CONdere constituam saphus a no mine carmen
Ante trocheus erit: spondeus uel dactylus inde
Primus item binus: tribus autem uersibus actis
Versiculum herous spondeus & edere debent.

Ad Io. Michaelem augurem.

Te deus summo titulo decoret
Tradat & mundi regimen superbi
Regiam post hæc teneas olympi
Chare Michael.

Metrum dactylicum Asclepiadem.

MEtro Asclepiadis spondeus dactylus insit
Hinc cesura datur: duplex sit dactylus inde
Ad hieronymum Maserium foroliuiensem.
Iam tempus redeas dulcior omnibus
O mi diuitiis culte hieronyme
Magnam cui tribuit iuppiter optimus
Rerum noticiam: Cui loca siderum
Cui cæli ratio cunctaq; climata
Noscuntur poenitus: Carmine dulcior
Nato calliopes: cultus in omnibus.
Quare iam repetas atria principum.

Metrum phaletium hendescasyllabum.

QVinq; pedes uersus capit hendescasyllabus apte
Spondeum heroum: capiet tris inde trocheos.

Ad lectorem.

Paruo percipies labore nostris
Artem carminibus benigne lector
Non paruo mihi constitit docere.
Nam legi uarios diu libellos
Quo posset mea tutior uagari
Clio: iam ualeas amice fœlix.

De pedibus metrorum secundum
Fabium & Diomedem.
Disyllabi quattuor.

SPondeum faciet disyllaba dictio longa: ut ferrent
Contra est pirrichius iambus dibrachus atq;: ut pius
Longa breuisq; dabunt ue choreum siue trocheum ut dixit

112

Prima breuis tũ longa sequẽs formabit iambũ: ut amãt
Ipse choreus erit tribrachus ue trocheus habendus
Quod n ono Fabius meminit romanæ Michael.

Octo trisyllabi.

D Actylus e lõga fiet breuibusq; duab⁹ ut martius
Dactylus herous quoq; dicitur ut fabius uult
Binis e breuibus lõga simul ẽ anapest⁹ ut spẽs
Hic etiam fertur græce antidactylus idem
Tresq; breues tribracũ faciunt: referet bene monstrat
Tris longasq; molossus hẽt contrarius illi: ut cantabant
Iunge duas longas mediãte breui ãphimac⁹ sit charitas
Pes tamen a fabio uocitatur creticus idem
Inter longa breues Amphibracus est: ut amantur
Eq; breui bacchius erit longisq; duabus ut ægestas
Si binis longis correpta est syllaba iuncta
Antibacchius ue palimbacchius habetur: ut natura.

Sedecim tetrasyllabi.

A T ꝓceleumatico correpte q̃ttuor isũt: ut ariete
Est dispõdeus semper cõtrarius illi: ut oratores
Longa breuis uel lõga breuis iungãtur i unum
Ditrocheus erit uel dichoreus hñdus: ut uindicator
Est breuis & lõgæ: breuis & longæ diiambus: amœnitas
Longa dueq; breues: & lõga simul coriãbũ: ut uersificãs
Antipestus erit breuis: & bis longa breuisq; ut uideretur
Tuq; duas longas breuibus ꝑpone duabus: ut deponite
Ionicus maior: minor est contrarius illi: ut diomedes
Primus erit peon longa breuibus tribus adde: ut leticia
Longa secunda: breues aliæ tres sitq; secũda: ut amabilis
Tertia longa breues aliæ tres: terti⁹ cxtat: ut alienus
Quartaq; longa: breues aliæ tres quart⁹ hẽ celeritas
Prima breuis: longæ tres primũ dãt epitritũ: sacerdotes
Sitq; secũda breuis lõge tres sitq; secund⁹: ut cõditores.
Tertia siq; breuis tres longæ: tertius esto: ut hereditas
Sylla ba quarta breuis lõgæ tres: q̃rt⁹ hẽtur: oratoris
Hippius hic etiam fertur simul ab diomede.

Communium syllabarum testimonia.

A T qui condiderat postq̃ non repperit aurum
Aptauit collo quem reperit laqueũ. Ausonius
Reppulit a lybicis immẽsũ syrtib⁹ equor. lu.i.
Quæq; feros repuli doctis medicatib⁹ ignes: medea

Rettulit & ferro rhœsum: dolonaq; cæsos. Penel.
Si reditum retulisset is aut in tempore longo. Cat.
Gradiuus q̃tas populus spoliauerint urbes. th. iiii.
Gradiuumq; patrem geticis, qui præsidet aruis. V. iii.
Inclyta amasonidũ magnoq; exorta gradiuo. bal. iiii.
Et genus a magno ducentem forte gradiuo. met. v.
Pelion hæmonie mons est obuersus in austros. fast. v.
Ossaq; cum pelio cũq; hemo cesserit othris. Syl. iii.
Haud timeam magni dixisse palatia cœli. met. i. sil.
Quam tanti fuerit cadere: ut palatia cernas. Syl. xii.
An noua contentis surgant palatia flammis. St. i. sil.
Exercet diana choros: quam mille secutæ. Vir. i.
Ter geminẽq; hecaté tria uirginis ora diane. V. iiii.
Hymen o hymeneæ hymen: ades o hymenen. Cat.
Affuit & certis tempora uinctus hymen. Nas. ep. vi.
Viuat fidenis: & agello cedo paterno. Iu. sat. vi.
Hi tibi nomentum & gabios urbemq; fidenam. uir. vi.
Exesa inuenies scabra rubigine pila. Vir. i. g.
Vteris ore aliter nimiaq; rubigine captus. Mar. ii.
Pondus uti saxis: calor ignis: liquor aquarum. Lucr. i.
Fiet uti cibus omnis & aridus & liquor ipse. Lucr. i.
Præstat trinacrii metas lustrare pachyni. Vir. iii.
E quib⁹ ĩbriferos uersus pachynus ad austros. me. xii.
Huic coniunx sycheus erat ditissimus agri. Vir. ii.
Anna fatebor enim miseri post fata sychei. Vir. iiii.
Natura in terno cum uiscere tinea serpens. Serenus.
Agrestes tineæ res obseruata colonis. Met. xv.
Condantur parco fusca salerna uitro. Mar. iii.
Candida sic puro numerantur lilia uitro. mar. iiii.
Crassaq; conueniunt liquidis & liq̃da crassis. Lucr. iiii.
Fida reor fraterna erycis portusq; sicanos. Vir. v.
Sicano prætenta sinu iacet insula contra. Vir. iii.
Sicano prætenta legunt aliqui tamen illud
Sicanium dedit usq; fretum balbus canit ipse
Et pœnitus toto diuisos orbe britannos. in. b.
Nam quid britannis cœlum differre putam⁹. Lucr. vi.
Hinc augustus agens italos in prælia cæsar. Vir. viii.
Coniecto sternit iaculo uolat itala cornus. Vir. ix.
Bythino phrygioue satum: sed quem sua noto. bal. iii.
Quamq̃ & capadoces faciãt equitesq; bithyni. Iu. s. vii.

Hæc quoq; profecto ludebat iasone uarro. Pro.ii.
Arcades his oris genus a pallante profectum. Vir. viii.
Has postq̄ mœsto profudit pectore uoces. Cat.
Impia dementis uulgi & uix tota profudit. Syl.x.
Cacus auentinæ timor atq; infamia siluæ. Fast.i.
His cacus horrendum tyberio gurgite monstr̄. me.ix.
Hiscere tanq̄ habeas tria nomina: qn̄ ꝓpinat. Iu. sat.v.
Cœnat propinat poscit negat innuit una. Mar.i.
Risit: & his inquit facito mea tela: procures. Fast.iii.
Procurate uiri: & pugnam sperate parati. V.xi.
Quum subito assurgens fluctu nymbosus orion. V.i.
Ensifer orion æquore mersus erit. Fast.iiii.
Fertilis est merite sterili uicina cosire. Fast.iii.
Et bellare tabas docilis cosiraq; parua. Syl.xiiii.
Atq; hinuli pellis totos operibat amantes. ꝑp.iii.
Vitas hinuleo me similis cloe. Hor.ode.xxiii.
Huc licus: huc sagaris: peneusq; hiparisq; crathisq;
Cratis & hic sybaris uestris cōterminus oris. Met.xv.
Silenum pueri somno uidere iacentem. In.b.
Quantū omnis mundus gaudet cantante sileno. In.b.
Vt critici dicunt leuiter curare uidetur. Hor.ii.ep.
Aequali liber est critice qui malus est. Mar.vii.
Tam graue magnanimi robur mirare rutili. de pon.i.
Hanc tibi præposito memorant dixisse rutili. Fast.vi.
Famæ rutilium sue relinquas. Mar.v.
Vincla recusantum & sera sub nocte rudentum. V.vi.
Findor ut arcadiæ pecuaria rudere credas. ps.sa.iii.
Inde licam ferit exectum iam matre perempta. V.x.
Protinus anteū & licam prima agmina turni. V.x.
Non sine me est tibi ꝑtus honos tua bella pyrene. ti.i.
Pyrene misit populos qui nomen ab amne. Syl.xiiii.
Antiqui proles bello præclara dolonis. V.xii.
Rettulit ei ferro rhœsum dolonaq; cæsos. penel.
Illic bellaci confisus gente curetum. Luc.iiii.
Celme Ioui largoq; satos euretes ab imbri. Met.iii.

Mediæ communes.

Virosq; ualentes contudit crudelis hyems. En.in an.
Speratum meritis diram qui cōtudit hydrā. Hor.ii.ep
Tolle tuū præcor annibalē uictūq; syphacē. Iu. sa.vi.
Cōpulimus dirū syphacē fractumq; metello. Clau.iii.

Pharsaliam coeũt: pharsalia tecta frequentant. Cat.
Vagiones bathauiq; truces quos ære recuruo. Iu. i.
Hic petit euphratẽ iuuenis doitiq; bathaui. Iu. sat. viii.
Inter sicilidas cyane celeberrima nymphas. Met. v.
Cognita cyane præstanti corpore nympha. Met. ix.
Lecythus: de hoc uide græcum uocabularium.
Experiar numidumq; petam connubia supplex. V. iiii.
Occurrit comitum nymphæ quas alma cibelle. Vir. x.
Vel tu que tardam mouisti fune cybellem. Prop. vlti.
Hinc uiduæ cybeles: illinc sacraria ueste. Mar. vii.
Bebrycis & sithici procul in clementia sacri. Bal. ii.
Possessus baccho seua bebrycis in aula. Sy. iii.
Ensiferi nimium fulget latus orionis. Luc. i.
Aut elicem iubeo strictumq; orionis ensem. Met. viii.
Atq; auro rude fulmen habent orionis alti. Th. vii.
Aegæona suis immania terga lacertis. Met. ii.
Hæc centum gemini strictos ægeonis enses. Clau.
Necnon tarquinum eiectũ porsena iubebat. V. viii.
Hanc spectare manum porsena non potuit. Mar. i.
Cætera quæ patulo lucet ficedula lumbo. Mar. xiii.
Mergere ficedulas didicit nebulone parente. i sa. xiiii.
Fida reor fraterna erycis portusq; sicanos. Vir. v.
Sicana nunc tellus nunc littora ibera cruore. Syl. xvi.
Ionioq; mari maleeq; sequacibus undis. Vir. g. v.
Destinet & rauce circunsonat ira malee. Th. vii.

Finis spicæ & uersilogi.

Antonii Mancinelli
Carmen de floribus.
Carmen de figuris.
De Poetica uirtute.
Vitæ Carmen.

Antonius Mancinellus Vrso ursinæ domus Heroi clarissimo Episcopoq; Thean. ac gymnasii alme urbis recto riq; optimo. S.P.D.

Vrse decus procerum Romanæ gloria linguæ
Vnica pierio spesq; salusq; choro.
Nunc ego parnassi uenio de culmine mõtis
Palladis auxilio florida serta gerens.
Quum tamen ambigerem quisnam donarier illis
Deberet: roseus cynthius illa dedit:
Si quis in urbe colit musas & apollinis artes
Sicui pallas adest uiribus usa suis.
Vrsus is est uirtutis amans uirtutis alumnus
Ingenio cunctis anteferendus auis.
Alter Aristides dictus cognomine iustus
Vel dictus sapiens primus in orbe Thales.
Huic igitur noua serta dato connexa uetustis
Floribus: accipiet qualiacunq; feres.
Talibus acceptis propere tua tecta subiui
Dona gerens: Capias: commoda multa ferunt.
Ad te confugiunt: quo sint mage tuta fauore
Numinis Vrse tui: suscipe quæso libens.
Sic tua sublimi cingantur tempora mirta
Sic uideas regni sæcula leta tui.

De Floribus. Tituli.

Mancinellus ad lectorem.

N On solũ sciẽdi aliqd artẽ eẽ uerũ docẽdi etiã aĩaduerti: & ĩ p̃ceptis rationẽ ualere q̃plurimũ. Sciẽs itaq̃ multos recta docendi & uia & cõsuetudine carere: ne idẽ meo libello accideret eius aperiẽdi modũ paucis expediã. Mane quoq̃ carmĩa aliq̃ pueris enodent̃ ĩ numerũ: inde curiosus p̃ceptor (ꝑfect⁹ enĩ sola cura & diligẽtia cõstat: & nihil ẽ quod nõ expugnet ꝑtinax opa) uocabula ipa oĩa scitu digna excipiẽtib⁹ dictitet. Vesperi autẽ repetẽdo illa cũctos interroget declinareq̃ etiã cogat obscuriora. Tũ quoq̃ sabbato toti⁹ dictata hebdomadis repetat uiriti ĩterrogãdo. sic enĩ & citi⁹ & facillime qsq̃ ꝑficiet. Nã uti & Quĩtilian⁹ edocuit. p̃ceptor frequẽter ĩterrogare debet & iudiciũ discipuloꝝ expiri. Quã uero carmen ipsũ de Florib⁹ hoc ẽ electis uocabulis sit ꝑfuturũ adolescẽtulis fugit neminez. Quid enĩ magis necessariũ? qd utili⁹? quid difficili⁹ q̃ ipsa uocabula? hĩc Varro: hĩc Fest⁹: hĩc Gelli⁹: hĩc Noni⁹: hĩc alii multi huiuscemodi cœpere ꝑuĩciã. Itaq̃ iure dr̃ atq̃ optĩe. Qui uires uocũ ignorant facile decipi. Est enĩ nomẽ rei ipsi⁹ declaratio. hĩc nomĩa docere uident̃. Idq̃ simpliciter afferẽdũ ꝙ qsquis noĩa scit: & res itidẽ sciat: ut Plato ĩ cratylo scribit. Nemo p̃terea ĩprudẽtiæ aut ĩscitiæ mihi ascribat: si quãdoq̃ Iãbo uel Trocheo uel Tribracho aliisue pedib⁹ tali carmĩe abhorrẽtib⁹: uel modo Systole modo Diastole fuerim usus. Nã ut & breuior & clarior essẽ: coact⁹ qdẽ aliquãdo syllabarum naturã seruare nõ ualui. Parcẽdũ igit̃ syllaba nõ quadrãte. Inuenies enĩ apud uetustiores etiã pedes alios a Spõdeo & Dactylo hexametris fuisse ĩsertos: ut Iãbum Tribrachũ Proceleumatichũ anapestũ: quorũ qdẽ exẽpla lati⁹ ĩ Versilogo iã ostẽdim⁹. Vale charissime Lector. Calẽdis Sextilib⁹. Millesimo quadrigẽtesimo octogesimo nono. Romæ.

Ab.



A Bba pat̃: monachũ pr̃ Abbas inde redundat — Abba
Est Abac⁹ mẽsa in qua bacchi pocula ponunt — Abbas
Sunt etiam quadre caro quis concisa locatur — Abacus
Ars Abac⁹ numeros tractãs solet ipsa uocari
Nempe magistratu priuatum dicit Abactus. — Abactus
Abdomen porcæ sumen: quod Plinius inquit. — Abdomen
Et Iuuenalis ait. Placant abdomine porcæ.
Fertur abyssus aquæ locus immensus ue profundus. — Abyssus
Byssus item: quanq̃ lini genus est quoq̃ Byssus. — Byssus
Mensibus in primis proprie dicatur Aborsus. — Aborsus

Abortus Intempestiue generatus fiet Abortus. N.
Id tamen auctores ueluti quoqꝫ plurima uertunt.
Abolla Militibus fuerat uestis quæ fertur Abolla
Tum sectæ cynicæ: duplex erat hæc & amictus
Diplois Diplois ab græcis nostris dicetur Abolla.
Absona Absona nempe sono dicunt sine significare.
Adde inconueniens discordans siue repugnans.
Abstemius Abstinet a temeto quicunqꝫ Abstemius esto
Temetum Attenuat quoniam uinum Temetum uocitamus
Temulenta Aut tentat mentem. Temulenta hinc ebria fertur.
Temetum flaccus. Temetum sed dixit aquinas
Absurdum Absurdum stultumue repugnans scito notari.

Ac

Acharis Gratia cui nulla est acharis dicetur A signat
Charis Nam sine quippe Charis sed gratia dicitur esse
Acer Acer fortis erit uelox austerus acerbus.
Hæc acer est arbor: breuis est cui syllaba prima
Acerra Arcula turis erit (Pompeius ut inquit) acerra.
Aut ubi defunctum ante incendebantur odores
Acerre Est prope parthenopen urbs quæ uocitatur acerre.
Aceruus Congeries rerum paruarum fertur aceruus.
Strues Lignorumqꝫ strues. Strages occisa caterua est
Strages Omnibus est etiam generale est nomen aceruus.
Aceruus Aggeruus proprie lector quasi fertur aceruus
Acheron Inferni est acheron flumen: sine gaudio habetur.
Achilus Qui sine uir labiis degit bene fertur Achilus
Chilos erit labrum: sine signata sæpe latinis.
Acidia Anxietas cura atqꝫ molestia acidia fertur
Acies Est acies oculi dulcissime lector acumen.
Acies Est acies summum ferri: pugnæ quoqꝫ turma
Ex acuo fertur quia ferro armatur acuto.
Acyron Improprium est acyron: tantum ut sperare dolorem.
Accentus Accentus lex est: qua syllaba tollitur ipsa
Deprimiturue tibi quicq̄ romanæ ferendo
Est grauis accentus circunflexus uel acutus
Deprimit ipse grauis uocem: tollit sed acutus
Ast circunflexus uocem leuat & præmit ipsam
Accessio Nempe incrementum nobis accessio signat.
Accessus Aduentum uel itum tamen accessus dare debet
Accintus Accintus uigilans industrius ac studiosus.

Discintus negligens incomptus sit uel ineptus Discintus
Accola sit montis prope montem qui colit urbem. Accola
Accola sic fluuii:pelagi & campi uocitatur
Incola sit montis qui monte in mœnia seruat. Incola
Incola sic fluuii pelagi & campi est uocitandus
Antithesis Anti Thesis Antithetos Antithœcō Stœchion Magar Stella	Antithesis est litere pro litera positio: ut olli subri/dens pro illi. Componitur autem ab Anti quod est ꝓ & Thesis positio: quasi pro altero positio. dicitur item oppositio. Antithetos uero contrarius Antistoechon dici potest pro littera: nam Anti dicit̃ pro & stoechon litera: ut Virgilius. Miratur molem æneas magalia quondam: ubi magalia pro magaria dixit: ponens. l. ꝓ r. Nam Magar non magal pœnorum lingua uillam

designat: autore Seruio primo æn. Item sella pro sed/da Antistoecheo autem oppono dicit. átistoecheo

xxvi.

Est transpositio mihi nempe Metathesis ipsa Metathesis
Litera nam fiet transposita quando manebit
Tymbreq; sic dicis quum timber dicere debes.

Metathesis dicitur transpositio. Nam meta trans & Meta
thesis positio. Est autem literarũ ordo mutatus. Vir. Thesis
x. At tibi Tymbre caput euandrius abstulit ensis. Nam dicitur teste Seruio Tymbre pro tymber: & si etiam tymbrus: ut euandrus dicatur. Metero autem transfe/ Metero
ro. Metatheo transcurro. Metatheo

xxvii.

Esto protheseon mihi siue parallage quando est Protheseõ
Præpositura quidem non propria litera siue Parallage
Cui tantum de te licuit: pro in te Maro dixit
Asuenio sic pro aduenio: scribit Diomedes.

Protesmia autẽ dicitur præpositio: propositio: ꝓpositum. Parallage mutatio dicitur. Parallax uicissim. Parallattos mutabilis. Parallatto differo. Protesmia Parallage Parallax Parallatos Paralatto

xxviii.

SChema accipit͛ auctore Fabio libro. ix. id qđ sit a simplici atq; in pórptu posito dicẽdi mo/do: poetice uel oratorie mutatũ. Duas autem eius esse partes idẽ ait Dianoeas. i. mẽtis uel sensus uł sn̄iarũ: & Lexeos. i. uerborũ uel dictionis uel sermonis uł or̄onis. Donat⁹ ait ꝙ schemata dianoceas ad oratores ꝑtinẽt: ad grãmaticos uero lexeos. Huius species sunt multe: sed necessarie traduntur: ut scribit Diomedes ꝑ quas similes colligentur. Prolepsis: zeugma: Hypozeusis: Syllepsis: Asynthetõ: seu Dialyton: Anadiplosis: Anaphora: Epanalepsis: Epizeuxis: Para/nomasia: Schesisonomaton: Paromoeon: Homoete/leuton: Homoeoptoton: Polyptoton: Hyrinos: Poli/syndeton: Climax.

Schema ꝑt dici latine figura siue cult⁹. Cicero de claris oratorib⁹ appellat schemata sententiarum or̄onisq; formas. Dianoea dianoeas dicitur sentẽtia intelligen/tia cogitatio. Dianoeo aĩaduerto delibero cogito. Le/xis aũt dicit͛ dictio: & lexicon uocabularium. Schema Dianoea Dianoeo Lexeos

Prolepſis

xxix.

Nempe prolepſis erit præſumptio tűc etenim fit
Quum quod poſterius ueniet deſcribitur ante
Virgilius ſexto: portuſq; require Velinos
Vel totum capitur poſt partes accipiuntur
Diſcipuli diſcunt: hic pindaron ille catullum.

Prolepſis
Lepſis

Prolepſis componitur ex pro quod eſt ante & lepſis acceptio quaſi præacceptio ſeu præſűptio. Cicero primo de natura deorum anticipationem interpratatur: ubi etiam dicit Epicurum primum appellaſſe prolepſin: quam antea nemo eo uerbo nominarat. Prolábano anticipo nobis ſignificat Lambano enim capio uel accipio. Fit autem Diomede teſte quum id quod poſterius accedit ante tẽpus aſcribit᷑: ut portuſq; require uelinos. Velia enim nondum erat quum ad italiā ue nit æneas ut ait Seruius ſed Helia dicebatur. Prolepſiā Fabius nono præſumptionẽ appellat: quum id quod obiici poteſt occupamus & præcipue ꝓemio cõuenit. Priſcianus præterea li. xvii. inquit. Et ſciendū ꝗ in cõſtructione diuiduorum ſi ꝑ præſumptionem id eſt ꝓlepſim ꝑ̃ponitur plurale uerbum ad utrunq; ſequens licet ntũm anteferre: ut aquilæ deuolarunt hæc ab oriẽte illa ab occidente. Sin ad ea quæ diuiduntur ſingulariter uerba conſequantur genitiuum oportebit præponi pluralem diuidendo: ut aquilarum altera deuolauit ab oriente altera ab occidente.

Prolábano
Lambano

xxx.

Zeugma

Quum plures ſenſus uerbo concludimus uno
Fit zeugma a nobis adiunctio dicitur eſſe
Troiugena interpres diuum qui numina phœbi
Qui tripodas clarii lauros qui ſidera ſentis
Et uolucrum Pennas & præpetis omnia pennæ.

Enezeumenon
Protozeugma
Hyſterozeugma
Hypozeugma

Zeuma dici ꝑt latine ſecűdű Priſ. li. xvii. adiűctio. nã figura ẽ quæ tűc fit cű plures ſẽſus uno uerbo claudűt᷑ Eãdẽ Fabi⁹ nono appellat Enezeugmenõ in qua ut ait unű ad uerbű plures ſẽtẽtiæ referűtur: quaꝝ unaquæq; deſideraret illud ſi ſole poneret᷑. Id tribus accidit modis. Aut ꝑ̃poſito uerbo ad quod reliqua reſpiciãt. uicit pudorẽ libido: timorẽ audacia rationẽ amẽtia. Et tunc dicit᷑ Protezeugma. Aut uerbo poſtpoſito: neq; enĩ is

es Catilinam ut te aut pudor a turpitudine: aut metus a periculo: aut ratio a furore reuocarit. Et tunc Histerozeugma uel Hypozeugma dicitur. Aut ĩ medio sensuũ posito uerbo: & tunc Mesozeugma nominatur: ut troiugena interpres diuum &c. zeugma dicitur iugatio uł coniunctio & zeugnyo iungo zeusis iugatio: zeucteria iunctura. Mesozeugma zeugma zeugnio zeusis zeucteria

xxxi.

Fertur Hypozensis uerbo res singula iuncta
Incedit paulus: marcus sedet: ille quiescit. Hypozẽsis

Hypozeusis dici potest sub coniunctio: nam componitur ex hypo quod est sub & zeusis coniũctio seu iugatio. Et est figura superiori contraria: ubi diuersa uerba singulis rebus iunguntur: ut qui quæ petat ipse ferat. Mezentius arma que sibi conciliet: uiolentaq; pectora turni Edocet: humanis quæ sit fiducia reb⁹ Admonet: immiscetq; preces. Hypozeusis

xxxii.

Primi uox numeri plurali reddita uerbo.
Aut primi numeri uerbo pluralis inherens
Dissimili sensu Syllepsis dicitur esse Syllepsis
Virgilius dixit: Sunt nobis mitia poma.
Castanee molles & pressi copia lactis
Hic illius arma: hic currus fuit.

Syllepsis dici potest latine conceptio: teste Pris. xvii. Componitur autem ex Syn quod est con: & lepsis acceptio: dicitur autem compræhensio. Syllesis autem compilatio. Syllego colligo. Syllepsis ait Diomedes est dissimilium clausularum per unum uerbum conglutinata conceptio. fit autẽ quando singularis dictio plurali uerbo redditur: aut pluralis dictio singulari uerbo adiungitur: ut sunt nobis mitia poma castanee molles & pressi copia lactis. Item hic illius arma hic currus fuit. hoc autem Schema late patet: ut Donatus ait. Vnde aliqui dicunt Syllepsim fieri etiam quum pro multis ponitur unus: ut hostis habet muros pro hostes. Item & pro uno multi: ut. x. æn. Vos o calliope precor aspirate canenti. est enim Syllepsis per numeros ut ait Seruius. Erat nanq; rectum uos o muse & tu calliope. Syn Lepsis Syllesis Syllego

159

xxxiii.

Quum ſine iunctura uoces uarie lociantur
Dialyton — Dialyton certe uel aſyndeton efficiemus
Aſyndeton — Exemplum capies: rex miles plebs negat illud.
Dialyton dici poteſt diſſolutum: nam deſcendit a
Dialyo — uerbo Dialyo quod eſt diſſoluo. Dialytos uero diſſo/
Dialytos — lutus. Dialyſis diſſolutio. Dialyton uel Aſyndeton eſt
Dialyſis — oratio ſine coniunctionibus: ut alii naualibus ite: ferte
Aſydeton — citi ferrum: date tela: impellite remos. Item ueni uidi:
uici . Item iuſtitia prudentia fortitudine me ſuperaſti
Hæc etiam Brachylogia nominatur: ut Diomedes ait
Aſyndetos — & Fabius. li. ix. Aſyndetos diſiunctus dicitur: Aſinthe/
Aſynthetos — tos incompoſitus.

xxxiiii.

Diuerſas uoces coniunctio plurima ſi fert
Polyſynde/ton — Nempe figura datur Polyſyndeton eſſe pelaſgum
Detur in exemplum materq́ paterq́ nepoſq́.
Poly — Polyſyndeton dici poteſt multipliciter cõiũctũ. po
Polys — ly eñ multũ dicitur: & polys multus. Syndeſmos uero
Syndeſmos — nodus coniunctio. Syntheton autẽ compoſitum dicit
Syntheton — Eſt autẽ oratio ml'tis nexa cõiũctionib⁹: ut Athamaſq́
Thoaſq́ Pelideſq́ Neoptolemus primuſq́ Machaon.

xxxv.

Anadiploſ. — Vox duplicatur enim quotiens Anadiploſis extat
Principium & uerſus fit idem cum fine prioris
Vrbs hetruſca ſolo ſequitur pulcherrimus aſtur
Aſtur equo fidens: & uerſicoloribus armis.
Anadiploſ. — Anadiploſis dici poteſt a noſtris reduplicatio: nam
Diplazo — componit' ex ana. i. re: & diploſis duplicatio. Diplazo
Diploo — enim uel diploo nobis duplico dicitur. Diplaſios du/
Diplaſios — plus. Diploos duplex.
Diploos

xxxvi.

Incipit & finit uerbo Epanalepſis eodem
Pauper amet caute timeat maledicere pauper.
Epanalepſis — Epanalepſis dici põt replicatio nel repetitio: ut pau/
Epanalam/bano — per &c. Epanalãbano aũt repeto. Et aliter Epanalepſis
ut ait Diomedes fit quũ eadẽ dictio & prĩcipiũ uerſus
& clauſulam tenet: ut te nemus agnitie: ui trea te fucin⁹
unda. Te liquidi fleuere lacus. Itẽ pater ĩ nq̃ me lumĩe
orbauit pater. Ante etiã ſceptrũ dictei regis & ante & a

liter. Epanalepsis est cum maiore significato facta re/petitio: ut in Horatio. heu heu fugaces posthu me po/sthume labuntur anni.

xxxvii.

Est & epizeusis similis geminatio uerbi
Significantis idem meme petit hectore dignam.

Epizeuxis dici potest combinatio: id em̄ zeuxis im/portat. Hæc eadē Epimone dicitur: qđ nomē perseue/rātia insistētia uel assiduitas interp̄tatur. Epizeuxis ait Diomedes est eiusdem dictionis eodem uersu sine ali/qua dilatione geminatio cum impetu pronunciatiōis: ut meme assum qui feci in me conuertite ferrum.

Epizeusis
Zeusis
Epimone
Epizeuxis

xxxviii.

Dictio si similis fuerit repetita duorum
Versum principiis: tunc Anaphoram faciemus
Nate mee uires: mea magna potentia solus
Nate patris summi qui tela typhoea tennis.

Anaphora dicitur repetitio uel relatio. Ana enim re & phora latio: Anaphoricos uero relatiuus: Anaphero refero. Anaphora est: ut Diomedes ait relatio uerbi e/iusdem aut similis per principia uersuum plurimoruꝫ: ut natæ mee uires &c. Item spes tu nunc una senecte: tu requies misere decus imperiunqꝫ latini. Te penes in te omnis domus inclinata recumbit.

Anaphora
Anaphora
Anaphoricos
Anaphero

xxxix.

Non te prætorem prædonem dicimus esse
Dic paronomasiam fugit ille fugam similem dic:

Paranomasia: ut ait Diomedes dicitur denomina/tio. Nam tunc fit quum dictio iteratur mutata tamen aut litera aut syllaba in significatione diuersa: ut abire an obire te conuenit: Et non prætorem te sed prædo/nem dicimus. Fit quoqꝫ quum præcedenti nomini aut nomen aut uerbum annectitur ex eodem figuratum: ut fugam fugit: factum facit: pugna pugnata est. Para/nomasia est inquit Fabian⁹. ix. qn̄ eodē uerbo q̄si fallū augetur: quæ lex priuatis nominib⁹ esse lex nō uidebat̄ Cui cōfinis est que Antanaclasis eiusdē uerbi cōtraria significatio: quum proculeius quæreretur de filio q̄ is

Paranoma/sia
Denomina/tio
Paranoma/sia
Antanacla/sis

mortem suam expectare & ille dixisset se uero nō ex/
pectare immo inquit rogo expectes.

xl.

Schesiso/ nomaton

Nominibus cunctis si iungis Epitheton unq̄.
Tunc Schesisonomaton dixerunt esse figuram.
Marsa manus peligna cohors festīa uirum uis.

Schesisonomaton Diomedes ait: ē quū singulis no mínib⁹ Editheta coniuncta sunt: ut marsa manus: peli/ gna cohors &c. Et aliter Schesisonomatō ait esse qñ in connexu sententiarū plures Antonomasiæ ponunt̄: ut armipotēs trionia uirgo. Schesis dici potest habitudo uel habitus: Onomaton uero nominum.

Schesis Onomatō

Paromoeō

xli.

At Paromoeō erit simul si litera multis
Vocibus initium præbet sic Ennius inquit
O tite tute tati tibi tanta tyranne tulisti.

Paromoeō

Machina multa minax minatur maxima muris

Paromoeon dici pōt simile. Paromoeos uero sitis.

xlii.

Homote/ leuton

Vno uerba modo finita aut nomina multa
Homoteleuton faciunt: petit eripit ambit.
Virgilius sexto dixit: bella horrida bella.

Homos Teleuton Telos Teleo Teleute

Homoteleuton uel homoeoteleuton dicitur a Ci/ cerone in dignitatibus similiter desinens: nam compo nitur ex homos quod est similiter: & teleuton finitū. Telos uero finis. Teleo finio pficio Teleute finis. Est autem oratio similibus uerbis aut uocibus terminata: ut apud Ennium. Eos reduci q̄ relinqui temniq̄ deseri malui. Virgilius. bella horrida bella. Huic autem con/ traria est homoptoton: quia solúmodo est nominuȝ.

xliii.

Si similes casus uel fines clausula sumit:
Vt iustus ducibus sapientibus atq; benignis
Mœreutes flentes lachrymantes ac miserantes
Fertur homoptoton tunc esse figura pelasgum.

Homopto/ ton Homos Ptosis Homoeos

Homoptoton dicitur similium casuum uel simili/ ter cadēs: homos enim similiter & ptosis casus est. Di/ citur etiam homoeptopton: homeos nanq; similis est Homoptotō est oratio uno similiq; casu compacta: ut apud Salustium teste diomede: Maximis ducibus for/

tibus strenuisq; ministris & aliter fit quum oratio ex/
currit in eosdem & similes casus: ut Ennius. Morentes
flentes lachrymantes ac miserantes.

xliiii.

Datq; Polyptoton uarios casus retinendo Polyptotō
Clausula: littoribus contraria littora fluctus.
Fluctibus esse præcor: populis populos inimicos.

Polyptoton id est quod multiplicem habet casum:
Polys enim multus est: ptosis casus. Polys
Polyptoton ait Diomedes est oratio casuum uarieta/ Ptosis
te distincta: ut in Teren. Te solum habemus: tu es pa/ Polyptotō
tronus: tu pater. Ille tibi moriens nos commendauit
senex: si deseris tu nos perimus. item littora littoribus
contraria &c.

xlv.

Longa quidem series constructus hyrmos habetur Hyrmos
Est in secessu longo locus &c.

Hyrmos dicitur quasi syrmos quod est tractus: naʒ Syrmos
series est orationis: uel constructio continue tenorem
suum in multos uersus protēdens. unde teste Ser. Hyr
mos longissimum est hyperbaton. Virg. sexto. Princi
pio cælum ac terras camposq; liquentes. Lucentemq; Syrmo
globum lunæ titani atq; astra: &c. syrma etiam tractus Syro
dicitur: & syro traho.

xlvi.

Esto climax proprie subscripta gradaton lector Climax
Torua leæna lupum sequitur lupus ipse capellam.

Climax dicitur latine gradatio: teste Fabio li. ix. & ē
figura quum de uerbo in uerbum fit gradatio: repetit
enim quæ dicta sunt: & priusq̄ ad aliud descēdat in pri/
oribus resistit: ut industria parit uirtutem: uirtus glori/
am: gloria inimicitias: inimicitiæ pericula. Clima cli/ Clima
matos regio dicitur. Climax uero climacos scala uel Climax
gradatio.

xlvii.

TRopus est uerbi uel sermonis a propria signifi Tropus
catione in aliam cum uirtute mutatio. Fa. oct.
Tropos item sermo est a principali significati/
one translatus ad aliam ornandæ orationis gratia. uel
tropos dictio est ab eo loco in quo propria est trans/

161

lata in eum in quo propria non est. Fabius. ix.
Tropi dicti ex eo q̄ uertant orationem: unde & motus dicuntur auctor est idem Fabius. Tropeo autem uerto significat.

Tropeo
Trope uero mutatio seu conuersio.

Trope
Tropi

Tropi sunt ut asserit Diom. metaphora: metalepsis antonomasia: onomatopeia: hyperbaton: allegoria. catachresis: metonymia: synecdoche: periphrasis: hyperbole: homœosis. Horum autem omniũ generalis est metaphora: cæteri omnes huius species uidentur.

Metaphora

xlviii.

Quum res est alii similis pro nomine nomen
Ponitur hinc iuuenis simplex hic dicitur agnus
Id sic translatum tibi rite metaphora fertur.

Metaphora
Metaphora

Metaphora ex meta componitur quod est trans & phora latio: unde metaphora dicitur latine translatio. quod etiam Fabius scribit octa. quæquidem ut ait copiam auget sermõis permittendo mutuari quæ nõ habet quodq; est difficilimum præstat ne ulli rei nomen deesse uideatur. transfertur ergo nomen aut uerbum ex eo loco in quo proprium erat in eum in quo aut ꝓprium deest: aut traslatum proprio melius est. Id facimus aut quia necesse est aut quia significantius est: aut quia decentius: unde necessitate rustici dicunt gemmã in uitibus. quid enim dicerent aliud & sitire segetes. Itẽ illa ad ornatum lumen orationis generis claritatem & concionum procellas & eloquentiæ flumina. sic Maro dixit: classiq; immittit habenas. Item arrectisq; auribus asto: ferrumq; armare ueneno: nam & uenenum armare & ferrum armari translatio est: ut idem Fab. oct. scri. Et metaphora aut necesse locum occupare debet aut si in alienũ uenit plus ualere eo quem expellit. metaphero autem trãffero dicit.

Gemma

Metaphero

xlix.

Catachresis
Nempe catachresis dicetur abusio nobis
Hinc parricidam matris fratris quoq; dicunt
Cum proprie patris sit parricida uocandus.

Catachresis
Catachresis dici potest a nobis abusio uel usurpatio Cata namque contra dicit. & chresis usus quasi sit con

tra usum. Hæc autem ut Fab. scri. octauó non habentibus nomen suum accommodat: quia in proximo est. sic dicuntur pyxides cuiuscunq; materie sunt: & patricida matris quoq; aut fratris interfector. Vnde oportune ait idem in dicto li. Multa sunt græce & latine non denominata. nam & qui iaculum emittit iaculari dicitur: qui pilam aut sudem appellatione priuati sibi assignata caret: & ut lapidare quid sit manifestum est. Ita glebarum testarumq; iactus non habet nomen: unde abusio quæ Catachresis dicitur necessaria. Hæc ille.

l.

Fertur abusiuus nobis catachrestitos illis
Fertur abusiue tantum sperare dolorem.

Catachresticos dici potest abusiue. uir. x. An sese mucrone ob tantum dedecus amens induat: pro feriat abusiue dixit: Catachresticos nomen abusiuus dicitur aduerbium uero abusiue catachramæ autem abutor. — Catachre/ st icos — Catachra/ mæ

li.

Fit metalepsis enim cum dictio forte gradatim
Ad quod demonstrat pergit tibi testificatur
Post aliquod mea regá uidens mirabor aristas. — Metalepsis

Metalepsis figura est quam nos uarie tráslatiuá transumptiuam transpositiuam uocamus: ut Fab. ait in tertio. Componitur autem ex meta & lepsis quæ est acceptio. hic transumptio dicitur. Metallambano autem transumo ac muto: fitq; quu3 aliqua dictio aliud a sua propria significatione ex his quæ processerunt denotat: ut ibi. Post aliquod mea regna uidens mirabor aristas. hoc est segetes & sic æstates: & ob id annos. — Metalepsis — Metallam/ bano

lii.

Pone tenens lector pro contento: aut uice uersa
Nunc pateras libate ioui uel uina coronant.
Nempe metonymiam conceditur esse figuram. — Metony/ mia

Metonymia dicitur a Diomede transmutatio: fit át multis modis: per id quod cótinetur: id quod cótinet Sic. Crateras magnos statuút & uina coronát. nó eni3 uina sed crateras in quibus uina per id quod cótinet id

quod continetur. Sic cælo gratissimus amnis: pro diis qui cælo continentur: per inuentorez quod inuentum est aut per dominantem subiectum: sic. Sine cerere & baccho friget uenus. uult enim per cererem panem intelligi: per bacchum uinum: per uenerem concubituz: per inuentum inuentorem: aut per subiectuz dominantem: sic: ut uinum precemur: nam hic præsens deus est: ab eo quod fit id quod facit sic frigus pigrum mœstuz qꝫ timorem: id est qui mœstos facit. Metonomazo autem transnomino dicit: metonymia transnominatio fertur: a Diomede uero transmutatio: ut diximus.

Metonomazo

Metonymia

liii.

Antonomasia est pro nomine sumpta loquela
Sic proprium nomen retices ponens generale
Sic quoqꝫ uirgilium nomen dicendo poetæ

Antonomasia

Antonomasia dici potest pro nomine: id est uice nominis positio: ut magnanimus anchisiades: pro æ nea: & saturnia pro Iunone. Fab. octauo.

Antonomasia

Antonomasia: ut Diome. ait est uocabulum quod sine nomine positum loco eius fungitur: ut est. Arma uirunqꝫ cano: ubi intelligitur æneas. Item domitor maris dicitur: & intelligitur neptunus. Fit autem modis tribus ab animo: ut magnanimus anchisiades id est æneas: a corpore: ut ipse arduꝰ id est polyphemꝰ: extrīsecꝰ: ut īfœlix puer atqꝫ impar cōgressus achilli hoc ē troilꝰ:

liiii.

Epitheton

Appositum proprio mihi fertur epitheton esse.
Alma ceres & pulchra uenus uel tristia bella.

Epitheton recte dicimus appositum uel adiectiuum a nonnullis sequens dicitur: ut dulce mustum eo poete & frequentius & liberius utuntur. Itaqꝫ & dentes albi & humida uina: in his non reprehendimus apud oratorem nisi aliquid efficitur redundans. tunc autem efficitur si sine illo quod dicitur minꝰ est: qualia sunt. o scælus abominādum: o deformē libidinem. Fab. octauo: componitur autem ex epi quod hic dicit in: & theton positum. Sumuntur autem epitheta modis tribus ab animo: ut iustus imperator: contemptor diuum mezentius. a corpore: ut pulcher iulus: extrinsecus uero quæ sumuntur in plures species diuidunt. sunt enim ab

loco ab actu ab euentu. Ab loco ut Vlyxes ithacus: ab
actu ut æneia nutrix caieta: ab euentu ut insula diues o-
pum tenedos.

Epiteton ab antonomasia differt: hæc enim uicem no- Antono-
minis sustinet: epithetonuero nunquam est sine pro- masia
prio nomine: ut donatus edocuit. Epitheton

lv.

Pro numero numerũ si pono synecdoche habetur Synecdo-
Exemplum naues armato milite complent che
Si partem sumes pro toto uel uiceuersa
Da requiem puppi ueniet quum frigidus annus
Nuda genu tectusq; oculos eadem quoq; fiet. Synecdo-

Synecdoche dici potest conceptio uel compræhen che
sio. A cicerone uero in dignitatibus dicitur intellectio
Synecdochios autem aduerbium comprehensim de-
notat: est autem figura quum a parte totum uel a toto
pars intelligitur: ut puppi id est naui: frigidus annus id
est frigida hyẽs. Meminisse autem debemus ait Dona
tus quando fit a parte totum faciendum esse ab insigni
ori parte: synecdoche est etiam ibi. Nuda genu: nodo-
q; sinus collecta fluentes id est habens nudum genu: &
habens collectos sinus. Fit enĩ quotiẽs participio præ-
teriti temporis a passiuo iungimus casum actũm: ut de
iectus animum: mœsta uultũ. Ser. i. æne. sed in carmĩe
potius q̃ in prosa utemur. Synecdo-

Synecdoche item est ut Fab. ait nono. cum subtractuȝ che
uerbum aliquod satis ex cæteris intelligitur: ut Cælius
in antoniũ. Stupere gaudio. simul enim auditur cœpit
Cui similia sunt illa (meo quidem iudicio) in quibus
uerba decenter pudoris gratia subtrahuntur. Nouim⁹
& qui te transuersa tuentibus hircis: & quo sed faciles
nymphæ risere sacello. Hanc quidam aposyopisim pu
tant frustra: nam illa quid taceat incertuȝ est: aut certe
longiore sermone explicandum: hic unum uerbum &
manifestum quidem desideratur: quæ si aposiopisis est Aposiopi-
nihil nõ in quo deest aliquid idẽ appellabit'. hæc ille. sis

lvi.

Finge nouas uoces onomatopæia fiet Onomato-
De sonitu factas: sua scropha hinc dicitur esse. pæia

Onomatopæia ẽ onomatos id ẽ nomĩs pæia fictio Onomatos

hic etiam Fab. in octauo ait. onomatopeia est fictio nominis græcis inter maximas habita uirtutes: nobis uix pmittitur: inde tamen mugitus & sibilus & murmur uenerunt. Fit autem quando uocis confusæ nomẽ ad imitandum sonum affingimus: ut ouium dicimus balatũ: boum mugitum: equorum hinnitum: terribilis buccinæ sonitum. Taratantara. Ennius. At tuba terribili sonitu taratantara dixit.

lvii.

Periphrasis Circuitus romanæ periphrasis esto loquendi.
Etiam prima nouo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens aurora cubile
Iam lucescebat: uel lux erat orta notatur.

Periphrasin uocant circuitum eloquẽdi ut docet Fabius li. octauo. Fitq; quũ id quod uno aut paucioribꝰ uerbis dici potest pluribꝰ explicatur: ut tẽpus erat quo prima quies mortalibus ægris. Incipit: & dono diuum gratissima serpit. Item ouium teneros depellere fœtus id est agnos. Periphrasis demũ circunlocutio dicitur. Peri enim circum uel circa dicit: phrasis locutio fertur & phrazo dico uel dissero. (Periphrasis Phrazo)

lviii.

Transcensus ueri manifestus hyperbola fiet.
Astra ferit sonus armorum clangorq; tubarum:

Hyperbole Hyperbole dici potest eminentia: uel ut ait Cicero superlatio a Fabio libro octauo superiectio interpræta tur: a quibusdam uero excessus dicitur. Cõponitur enĩ ex hyper quod est super: & bole quod est iactus: unde figura dicitur quum dictio excedens fidem ponitur augendi minuendiue gratia. Augendi ut niue candidior: & fulminis ocior alis. Minuendi: ut uolantis te folii sonitus te terreret uix ossibus hærent. (Hyper Bole)

lix.

Hyperbatõ Vocum turbatus formabit hyperbaton ordo
Longius est uerbum quotiens fit hyperbaton illic.

Hyperbaton uerbi transgressio interpr̃etatur secundum Fab. octa. li. quam frequenter ratio comparationis & decor poscit. fit enim frequentissime aspera & dura & dissoluta & hians oratio si ad necessitatẽ ordinis sui uerba redigantur: longius ergo uerbum proprie hy

perbaton est:ut animaduerti iudices omnem accusati onis orationem in duas diuisam esse partes:nam in duas partes diuisam esse rectum erat:sed durum & incomptum. Huius uero Tropi species sunt quinq; ut asserit Diome. Anastrophe: Diacope uel themesis: Dialysis uel parenthesis: Synchesis: Hysterologia siue Hysterō proteron. Hyperbæno autem transcendo dicit uel trāsgredior. Hypballo extendo super o. Hyperbasia uel hyperbasis transgressio. Hyperbæ/no Hypballo Hypbasia Hypbasis

lx.

Dictio si subsit cum sit præcedere digna
Transtra per & remos dicatur anastropha fiet.

Anastrophe dicitur inuersio:est enim: ut ait Diom. duorum uerborum ordo præposterus: ut transtra per & remos:est enim per transtra:item italiaz contra pro contra italiam. docuit uero quidā q̄ anastropho reuertor est nobis & anastrophe reuersio. Anastro/phe Anastro/pho Anastro/phe

lxi.

Dat Tmesim partes in binas dictio secta
Est boreæ regio septem subiecta trioni. Tmesis

Tmesis uel diacope est unius compositi uel simplicis sectio:una dictione uel pluribus interiectis: ut septē subiecta trioni:& saxo cere comminuit brum. pro septem trioni & cerebrum. Tmesis enim proprie dicitur sectio scissio diuisio. Temno enim incido significat. Tmasso scindo. Diacope ex dia præpositione componitur. dia autem. i. per & copto incido: quasi intercisio. diacopto item intercido significat. Diacope Tmesis Temno Tmasso Diacope Dia Compto Diacopto

lxii.

Interpositio romanæ parenthesis extat.
Tu mihi nanq; pius noctesq; diesq; fauebas. Parēthesis

Parenthesim græci uocant ait Fab. nono nos interpositionem uel interclusionem dicimus dum continuationi sermonis medius aliquis sensus interuenit: ut æneas (neq; enim patrius consistere mentem passus amor) rapidum ad naues præmittit achaten. Componitur autem ex para & en quæ duo dicunt inter & thesis positio eandem diome. Dialysin uocat id est dissolutionem. Para Thesis Dialysis

lxiii.

Synchesis — Synchesis est uocum aut sensus confusio longa
Vina bonus que deinde cadis & cetera.

Synchesis — Synchesis dicitur a nostris confusio: nam Syn dicit con & thesis fusio: est autē hyperbatō obscurū ex omnī pte: ut uína bonus &c. cū sit ordo. Deíde heros diuidit uina: que bonus acestes onerarat cadis: & de trinacrio littore abeuntibus dederat. Itē secun. en. Iuuenes fortissima frustra Pectora &c. est em̄ ordo iuuenes fortissima pectora frustra succurritis urbi incense: oēs dii qb⁹ imperiū hoc steterat excessere adytis arísq; relictis ui deris quæ fortuna sit rebus: si uobís certa cupido ē seq me audentem extrema ruam⁹ ī media arma & moriamur. [Vergilius] [Vergilius]

lxiiii.

Hysteron Proteron — Hysteron & proteron nutrit peperit uocitatur
Hæc fit quum rectam seriem sententia mutat.

Hysteron dicit᷑ a nostris ultimū post uel nouissime: Proteron uero prius: & inde Hysteron ꝓteron figura nominatur: quū sentētia ordīe commutatur: ut postq̄ altos tetigit fluct⁹ & ad equora uenit: nā prius ad equora nenit q̄ tāgeret fluctus. Hysterologia dici pōt præpo sterus sermo: estq; eadē figura cū hysteronproteron. [Hysterologia]

lxv.

Allegoria — Allegoria datur nobis inuersio: fitq;
Quum uerbis aliud sensuq; aliud reperitur
Claudite iam riuos pueri sat prata biberunt.

Allegoriam Fabius octauo inuersionem interpræta tur: ut aliud uerbis aliud sensu ostendat. O nauis referent in mare te noui fluctus. O quid agis fortiter occupa portum totusq; ille Horatii locus odarum primo: quo nauem pro populo: fluctum tempestatem: pro bellis ciuilíbus portum: pro pace atq; concordia dicit. Et Virgilius in fine secundi geor. Sed nos immensum spacio confecimus æquor. Et iam tempus equum fumantia soluere colla: hoc est quæ tractanda fuerant expli cuimus iam congruum est carmen finire. Eius præterea septem sunt species eminētiores. Ironia: Anti phrasis: Aenigma: Charientismos: Paroemia: Sarcasmos: Asteismos. [Ironia]

lxvi.

Ironia quidem mihi dissimulatio fertur
Ironia quidem multis illusio habetur.
Quum sermo ostendit recto contraria sensu
Egregiam uero laudem & spolia ampla refertis.

Ironia diuersũ ei quod dicit intellectum petit: vt Fabius docet in sexto. idẽ uero scribit libro octauo ꝙ Ironiã illusioneȝ uocant qua cõtraria ostendũtur: quæ aut pronũciatione intelligitur: aut persona: aut rei natura quale est. Egregiã uero laudẽ & spolia ampla refertis. Tuq; puerq; tuus hanc nisi grauitas pronunciationis adiuuerit cõfiteri uidebit quod negare cõtendit. Itẽ Verres prætor urbanus hõ sanctus & diligens. Et in clodiuȝ integritas tua te purgauit mihi crede pudor eripuit: uita ante acta seruauit.

lxvii.

Antiphrasis uox est signans contraria dictó — Antiphrasis
Dicimus hinc parcas: quia nulli parcere norunt.

Antiphrasis est unius uerbi ironia. Componitur autem ex anti quod est contra: & phrasis locutio. Est em̃ dictio econtrario significans: ut bellum dicitur ꝙ minime bonum. Et parce ꝙ minime parcant. uel potius a partu litera ĩmutata quasi parte: ut Varro uoluit Gellio referente li. iii. Nascentibus em̃ hominibus bonum & malum conferunt: ut Hesiodus edocet. Qua etiam figura nonnunq̃ quos gnagnos conspicimus atlantes uocam⁹: æthiopes argenteos. Hæc ab Ironia differt ꝙ ironia pronũtiando mutat affectum & significationẽ. antiphrasis uero diuersitatem rei notat: ut Diomedes ait. Antipharicos præterea contradictorius dicitur.
(margin: Parcæ; Ironia; Antiphrasis; Antiphari/cos)

lxviii.

Obscurus sermo cunctis Aenigma uócatur — Aenigma
Mater me genuit eadem mox gignitur ex me.

lxix.

Sit Charientismos tibi gratificatió dicta — Charientis/mos
Aspera qua dictu promuntur gratius: ut si
Interrogando nunquis me quæsierit mox
Prospera dicatur fortuna: salus bona siue
Per quod signatur nullos de me petiisse.

Charientismos dici potest gratificatio. Nam a Charien quod est gratum uel gratiosum deriuatur. ab ali- — Charien

Charienti/zome charizomæ

quib⁹ dicit᷑ urbāitas. Charientizome aūt iocor urban sū: alludo significat. Charizomæ uero dono gratificor. Est aūt tropus: ut Diomedes ait: quo dura dictu grati⁹ ꝓferūt᷑: ul᷑ dictio p ea q̄ grata sūt aurib⁹ aliud significās: ut quū iterrogam⁹ nun qs nos quæsierit & respondeatur bona salus uel fortuna: e xinde itelligit᷑ neminē nos quesiuisse.

lxx.

Paroemia

Si dices lupus est in Fabula amice figura
Scribitur a cunctis tunc rite Paroemia dici
Interprætantur prouerbion hanc tamen omnes:

Lupus est in fabula

Paroemia dicit᷑ a nostris prouerbiū: ut Vir. in moeri. Lupi merim uidere priores: nā ēt physici cōfirmāt: ꝙ uoce deferatur is quē prior uiderit lupus. Vnde etiā prouerbiū natū est apud Terentiū in adel. Lup⁹ est in fabula quotiēs supuenit ille de quo loquimur: & nobis sui ꝑsentia āputat facultatem loquēdi. Plini⁹ ēt lib. viii. sic. Sed i italia quoq; creditur luporū uisus esse noxius: uocemq; homini quē priores cōtēplentur adimere ad præsens. Paroemiacos autem prouerbialis dicitur.

Paroemiacos

lxxi.

Sarcasmos

Sarcasmos plena est odio derisio ab hoste
En agros: & quam bello troiane petisti
Hesperiam metire iacens Maro fert duodeno.

Sarcasmos est plena odio atq; hostilis irrisio: ut pyrrhus ad priamū. Referes ergo hæc: & nuncius ibis pelide genitori: illi mea tristia facta.

lxxii.

Asteismos

Effertur quicquid sine rusticitate facete
Ipsa figura quidem Asteismos dicitur esse
Qui bauium non odit amet tua carmina meui
Atq; idem iungat uulpes & mulgeat hircos.

Asteismos: id est urbanitas est tropus multiplex numerosęq; uirtutis. Nan Asteismos putatur quicquid rustica simplicitate caret: & faceta satis urbanitate exponitur: ut apud Virgiliū in buc. Qui bauiū non odit amet tua carmina Meui: id est pro pena ei contingat: ut diligat Meuium peiorem poetam. Nam Meuius & Baui⁹

Meuius Bauius

pessimi fuerũt poete inimici tam Horatio q̃ Virgilio: Vnde Horati⁹. Mala soluta nauis exit alite: ferẽs olen/ tem Meuium. Atq; idem iungat uulpes & mulgeat hir cos: idest faciat quæ contra naturam sunt. Asteizo autẽ iocor dicit. Asteios urbanus. Asteizome urbanus sum. Asteizo Asteios Asteizome

lxxiii.

Fertur Homoeosis quotiens fit similitudo Homoeo/ sis
Sunt species icon ue parabola cum paradigma.

Homeosis dicitur a nostris similitudo. Nam tropus est quum ex similitudine alicuius cogniti in similitudi nem deuenimus incogniti.

lxxiiii.

Ad formam formæ collatio dicitur Icon Icon
Omnia mercurio similis uocemq; coloremq;.

Icon est quum formæ ad formam cum quadam si/ militudine fit collatio uel comparatio: aut laudis aut uituperationis causa: ut ibat in prælium corpore tauri ualidissimi impetu leonis acerrimi. Similiter iste quo tidie per forum tanq̃ iubatus draco serpit dentibus ad uenis. Item os humerosq; deo similis.

lxxv.

Ponitur exemplum uel comparatio quando
Illa figura uenit quæ nempe Parabola fertur. Parabola Para Bule

Parabola comparatio dicitur: nam ualet dici iuxta sententiam. Fit enim ex para quod indicat iuxta: & bu/ le consilium uel sententia: quasi rerum dissimilium cõ paratio. Vir. in secundo. Qualis mugitus fugit cum sau cius aram Taurus & incertam excussit ceruice securim. Item. Qualis in eurote ripis &c. Fabius libro. v. Para/ bolam appellat exemplum. Diomedes similitudinẽ: alii comparationem. Parabola

lxxvi.

Dicti uel exempli factum fertur paradigma Paradigma
Anthenor potuit mediis &c.

Paradigma dicitur a Fabio in qnto. Exemplũ est em̃ exẽpli hortãtis uel dehortantis enarratio. Hortantis: ut Anthenor potuit &c. Item Pallas ne exurere classem argiuũ &c. Dehortantis: ut At non sic phrygius pene/ trat lacedemona pastor: ledæamq; helenã troianas ue/

166

Paradi/cnyo xit ad urbes. Paradicnyo autem exemplifico dicit.

lxxvii.

Epimone Sæpe relata quidem sententia Epimone habetur
Inter calares uersus illud manifestant
Incipe mænalios mecum mea tibia uersus.

Epimone dici potest perseuerãtia: ut superius in Epizeusi dictum est numero. xxxvii.

lxxviii.

Si ponatur agens patiens res: uel uice uersa
Siue modo simili tibi sit conuersio facta
Hypallage Trade rati uentos dicatur Hypallage habetur.

Hypo Alloge Hypallage dicitur submutatio: nam componitur ex hypo quod est sub: & allage mutatio. Dicitur autem figura quum uerba per aduersum intelliguntur: ut trade rati uentos pro ratem uentis: ab aliquibus uero hypallage dicitur subalternatio: & Hypallatto hypallatto subalterno.

lxxix.

Antiptosis Vrbem quam statuo est uestra: antiptosis habetur

Antiptosis dici potest latine pro casu: figura est quãdo casus pro altero casu ponitur: ut urbem pro urbs. Fit enim ex anti quod est pro & ptosis casus: pto autem pducitur quia per. o. magnum scribitur.

lxxx.

Endiadys Quando adiectiuo in substantiuum resolutum est
Endiadys fiet Calybem frenosq; momordit
Vteris Endiady pateris libamus & auro.

Endiadys figura est quum resoluitur substantiuum in adiectiuum: ut calybem frenosq; momordit: pro calybeos frenos. Et pateris libamus & auro: id est pateris aureis: Per andiadym: ut Seruius docet libro secundo geor. Endiadys autem compõitur ab hẽ quod est unũ dia per & dyo duo id est quando unum per duo dicitur sed cum hen habeat. h. potius hendiadys cum. h. scribi deberet.

lxxxi.

Liptote Si dicas minus & plus signes Liptote habetur
Munera nec sperno dulcis amice tua.

Lipo Liptote dici potest defectiua Nam a lipo quod est deficio uel linquo deriuatur. Fit autem quum minus dicitur & plus intelligitur: ut munera nec sperno:

id est libenter accipio.

lxxxii.

Temporis esse solet descriptio chronographia — Chronographia
Vertitur interea cælum: & ruit oceano nox.

Chronographia dici potest tẽporis descriptio. chronos enim tempus est: & graphia scriptura. Chronicos uero temporalis dicitur. Chronizo autem tardo moror perseuero. — Chronos — Chronicos — Chronizo

lxxxiii.

Topographia loci sed mundi Cosmographia — Topographia
Lucus in urbe fuit media letissimus umbra.

Topographia loci descriptio. Nam Topos locus: & graphia scriptura dicitur. Hæc eadem Topothesia dici potest. Topos em̃ locus & Thesis positio dicitur. Est autem Topographia ueri loci descriptio. Topothesia ficti. auctor Lactantius. ii. th. & Seruius. i. æn. — Cosmographia — Topos — Topothesia — Topographia

Cosmographia dicitur mundi descriptio. Componitur autem ex Cosmos quod est mundus & graphia scriptura picturaue. Cosmeo autem orno significat. Cosmicos mundanus dicitur. Cosmios ornatus honestus. Cosmos ornamentum quem et latini mundum uocant: & mundus orbis etiam dicitur. — Cosmographia — Cosmos — Cosmeo — Cosmicos — Cosmio — Cosmos — Mundus

lxxxiiii.

Respondens ad quæ sunt forsitan obiicienda
Das Anthypophoram cum nil tamen obiiciatur
Sum pius heu doleo nam mihi sæpe nocet. — Anthypophora

Antipopbora fit quum tacite obiectioni respondetur. posset me quisq̃ interrogare: quum dico sum pius: heu doleo cur doles iccirco respondi: nam mihi sepe nocet. Anti contra dicit hypophero subduco uel suffero quasi contraria subductio. — Anti — Hypophero

lxxxv.

Antitheton græce contrapositumq̧ latine — Antitheton
Frigida pugnabant calidis humentia siccis
Mollia cum duris sine pondere habentia pondus.

Antitheton dici potest a nostris contrariũ uel compositum: nam figura est quum contraria contrariis opponuntur: ut patuit per exempla. Antitheton contrapositum uel contentio dicitur: ut Fabius. ix. docet. Sed non uno fit modo: nam & fit si singula singulis oppo- — Antitheton

167

nuntur: ut uicit pudorem libido: timorem audacia: & bina binis: non nostri ingenii est: uestri auxilii est: & sen tentia e sententiis: dominetur in concionibus: taceat in iudiciis. Cui commodissime subiungitur ea species quæ distinctio dicitur. Odit populus roman⁹ priuatam luxuriam: publicam magnificentiam diligit.

lxxxvi.

Idiophasis — Diligo me: tu te: solet Idiophasis esse.
Allophylis — Allophylis tu me: me uel te diligit ille.
Idios — Idiophasis uenit ab idios græce latine proprius: &
Phasis — phasis. i. fama uel dictio.
Allophylos — Allophylos dici potest alienigena: nam componi-
Allo — tur ex Allo quod est aliud: & phylon quod est genus:
Phylon — gens: natio.

lxxxvii.

Brachylogia — Brachylogia refert q̃plurima sub breuitate
Ferte citi ferrum date tela: impellite remos.
Brachilogia dicitur a nostris breuiloquium: nam a brachy quod est breue componitur & logia locutio.
Brachilogos — Brachylogos autem breuiloquus. Fit autem Fabio teste li. viii. quum plura paucis complectimur: ut Cicero contra concionem Metelli teste eodem libro nono q indicabantur eos uocari custodiri ad senatum adduci
Asyntheton — iussit. Idem uero genus dicitur etiam Asyntheton eodem auctore.

lxxxviii.

Erotema — Fertur Erotema at quotiens intertogat ullus
Quid melius turdo uulua quid dulcius ampla
Erotao — Erotema uel Erotima interrogatio dicitur. Erotao interrogo.

lxxxix.

Ephexegesis — Fertur ephexegesis quæ explanat prius acta
Tolle fuga Turnum atq; instantibus eripe fatis.
Epexegesis — Epexegesis uel Ephexegesis iterpretatur expositio
Epi — ab Epi præpositione: & exegesis interpretatio expositio.
Exegesis — Exegeomœ autem expono.
Exegeomœ

xc.

Apostrophe — Absenti sermo directus Apostrophe habetur.
Sic loquor absenti scriptam dum mitto salutem
Hanc tibi priamides mitto ledea salutem

Apostrophe dicitur a Fabio libro nono auersus ser/
mo siue auersio. Est autem figura locutionis quum ad
aliquem per secundam personam fit conuersio: ut te
nunc alloquor Aphricane. Apostropho autem auerto Apostro
significat. pho

xci.

Pars in frustra secant dic Synthesin esse figuram Synthesis
Synthesis dici potest compositio. Fit autem quum
singulare nomen collectiuum uerbo plurali componi/
tur: ut populus clamant.

xcii.

Personamq; nouam formans das prosopopeiam Prosopo
Qui modo nasonis fueramus quinq; libelli. peia
Prosopopeia dicitur persone fictio: ut Fabius in no/
no scribit. Componitur autem a Prosopon quod est Prosopon
persona & Plio facio uel fingo. Figura est uel quando Pieo
inanimatum ad animatum loquitur: ut patuit in exem
plo: uel animatum ad inanimatum: ut Horatius. Quid
amplius o mare: & o terra ardeo. Vel quando etiam ad
inanimatum ipsum quoq; inanimatum loquitur: ut a/
pud Met. libro secundo. Terra ad maria loquitur &
flumina.

xciii.

Euphonia bonus sonus est: ut dictio pulchra. Euphonia
Tytides pro tydides sic aptius aiunt.
Euphonia transfertur a Prisciano bona sonoritas: a
Quintiliano autem uocalitas: ab aliquibus bona uox.

xciiii.

Confundit numerum casus genus Alleotheta Alleotheta
Siue Alleosis que permutatio fertur. Alloeosis
Alleotheta dicí põt latine aliter posita. Allos eñ est Alleotheta
aliter: & Theta posita. Priscianus uero libro. xvii. inter Allos
prætatur Alleothetã uariationẽ. Alloeos enim aduer/ Theta
sus ac uarius dicit᷑. Alloeoo pmuto. Alloeosis pmuta/ Alloeos
tio. Cõfũdit autẽ numerũ ut pars ĩ frustra secãt. Casus Alloeoo
ut Tu mihi qđcunq; hoc regni pro hoc regnũ. Itẽ ur/ Alleosis
bẽ quã statuo uestra ẽ: p urbs. Genus Virg. in. b. Dulce
satis humor depulsis arbutus hædis. Lẽta salix feto pe/
cori mihi solus. Amynthas. Ad dulce eñ quod est neu
trum tam feminina q̃ masculina reddidit.

xcv.

Altior' est sensus quotiens q̃ quem tibi uerba
Declarant uel q̃ dicis plus significatur.
Aut etiam quod non dicis scito Emphasin esse.

Emphasis — Amplior uirtus est Emphasis: ait octauo Fabius alti/
orem præbens intellectuȝ q̃ quem uerba per seipsa de
clarant. Eius duæ sunt species Altera quæ plus signifi/
cat q̃ dicit. Altera quæ etiam id quod non dicit. Prior
est & apud Homeruȝ quum Menelaus graios in equũ
descendisse ait. Nam uerbo uno magnitudinem eius
ostendit. Et apud Virgilium. Demissum lapsi per fu/
nem. nam sic quoqȝ magnitudo demonstrata est. Ideȝ
Cyclopa quum iacuisse dicit per antruȝ prodigiosum
illud corpus spacio loci mensus est. Sequens positum
est ĩ uoce aut omnino suppræssa aut etiã abscissa. Sup
primitur uox ut fecit proligario Cicero. Quod si in tã
ta fortuna bonitas tanta nõ est quaȝ tu p te: p te inquã
obtines: intellecto quid loquor. Tacuit enĩ illud quod
nihilominus accipim⁹ nõ deesse homines q ad crude/
litatem eũ impellerẽt. Virgilius item primo geor. Em
phasin fecit auctore Seruio. Dixit enĩ. Quuȝ iã glãdes
atqȝ arbuta sacræ deficerent syluæ: & uictũ dodona ne
garet: significatur enĩ etiã id quod nõ dicit hoc est non
solum aliæ: sed etiam sacræ. nanqȝ harũ sterilitas aliaȝ

Emphasis — denotat infœcunditatẽ. Emphasis autem dicitur signi

Empheno — ficatio: demonstratio effigies. Empheno manifesto.

Emphãizo — Emphanizo declaro demonstro.

xcvi.

Quum plures uoces uno accentu legis: esto

Hyphen — Lector hyphem & enim uel quandoquidẽ manifestãt.

Hypo — Hyphen dici põt sub uno: hypo enĩ sub & hen unuȝ

Hen — significat. Et tunc fit quũ plures dictiones sub uno ac/
centu legũtur: ut quandoquidẽ & similia. Est autẽ ac/
centus: id est uirgula ab ultima litera primæ dictionis
ad primam sequentis subducta: ut theologos.

xcvii.

Epanodos — Epanodos græce est regressio quippe latine
Hic par est uobis non par mihi iulius arte.
Epanodos græce dicitur: nostri regressionẽ dicũt: ut
Fabi⁹ ait libro nono. Nec solum in eodẽ sẽsu: sed etiã

in diuerso eadem uerba:ut principum dignitas est pe/ne par:non par fortasse eorum qui sequebantur. Item magnus est labor dicendi:magna est res.

Epanodos fit ex Epi.& Ana:quæ duo simul etiã & iterum siue retro indicant & Hodos uia quasi retro ui am id est regressionem indicet:ut principatus bonus est:non bonus autem qui in tyrannidem commutat᷑. Epanodos Epi Ana Hodos

xcviii.

Alterius iuxta formas aliquid reperitur
Descriptum quotiens cataty posis uocitatur Cataposis
Omnia mercurio similis uocemq; coloremq;
Et crines flauos & membra decora iuuentæ.

Catatiposis dici potest secundum uel iuxta figuram. Cata enim secundum & typos figura dicitur. Typosis formatio impressio.dicitur autem tropus quũ aliquid iuxta alterius formã describitur:ut Virgilius quarto. Omnia mercurio similis &c. Cata Typos Typosis

xcix.

Si q̃ excellens posuere catexoche habetur. Catexoche

Catexoche dici potest per excellentiam:ut Virgili. in geor. boues per excellentiã nominauit: quũ dixit quæ cura boum quis cultus habendo sit pecori:ibidẽ & uictum dodona negaret. Cata hic per significat.exo che eminentia uel excellentia dicitur:exochos egregi us excellens. Cata exoch Exochos

c.

Pro astuto sapiens fit paradiastole dictus. Paradiasto le

Paradiastole fit teste Fabio libro nono: quum te ꝓ astuto sapientem appellas:pro confidente fortem.cõ/ponitur autẽ ex para:id est iuxta: & diastole dilatatio nam tunc quoq; fieri dicimus quum rem nostram ĩter prætatione dilatamus.sic prodigum dicimus liberalẽ. temerarium fortem & similia. Para Diastole

ci.

Dic ego paulus amo euocatio dicitur esse.& Tu Cice ro curris. Euocatio

Euocatio est immediata reductio tertiæ personæ ad primam uel secundam ꝑsonam: ut ego Antonius scri bo.tu Socrates curris.

cii.

Appositio

Est appositio coniunctio quippe duorum
Substantiuorum declarant seq; uicissim
Miratur molem æneas magalia quondam.

Appositio est continua cõiunctio duorum substantiuorum quorum alterum declarat alterum: ut proximus ille procas troianæ gloria gentis. Requiruntur autem in appositione duo substantiua in eodem casu.

ciii.

Syllepsis

Syllepsis siue & conceptio tripliciter fit
Et genere & numero & persona indignius aurem
Hic deducendum est ad dignius optime lector.

Cõceptio

Conceptio seu syllepsis est adductio indignioris ad dignius. Fit autẽ tribus modis: genere: numero: & persona. Genere ut masculinum concipiat femininum et neutrum: fœmininum uero concipiat neutrũ: ut Quintus & Martha sunt mei. Pyrrhus & hoc animal sunt tui Martha & hoc animal sũt nostræ. Lucanus primo. Vis erat hinc leges & plæbiscita coactæ. Masculinuȝ genus digni⁹ est fœminino & neutro: & fœmininum neutro. Numero ut pluralis numerus concipiat singulareȝ: uel singularis dictio plurali uerbo redditur. hoc enim schema late patet: ut Donat. ait: ut discipuli & præceptor legunt: uel discipuli cũ præceptore legunt: iste & ille gaudent. Persona ut prima concipiat secundundam & tertiam: secunda concipiat tertiam. Prisciano auctore libro decimosecundo & decimoseptimo. Prima eniȝ dignior est secunda & tertia: secũda uero dignior est tertia: dic ergo ego & tu legimus: ego & ille scribim⁹: ego & uos & illi fecimus: tu & ille scribitis.

Idem Manc. ad lectorem.

Appolodorus ut tradit Cælius auctore Fabio incõpræhensibilia partis huius præcepta existimauit. Itaq; si omnia minime prosecutus fueriȝ quid mirum: cum res sit quodammodo infinita. Illud tamẽ præterea neminem de figuris extare hodie nullũ opusculũ: quod quidem ita plene dilucideq; præcipiat uti hoc nostruȝ. Conferentibus res ipsa ostendet.

Finit carmen de figuris.

Ant. Mancinellus Artium & Medicinæ Doctori Eximio Philosopho ite₃ amplissimo Antonio Petricæ.



Oetas (Veliternoꝝ & latii pſtãtiſſime doctor) æloquentiã bonoſq₃ mores efficere q̃plurimi & iure teſtant̃. Vnde fabi⁹ uolumĩe. x. plurimum dicit oratori cõferre. Theophraſtus lectionẽ poetaru₃ multiq₃ eius iudiciũ ſequunt̃: neq₃ imerito. Nanq₃ ab iis in reb⁹ ſpirit⁹: & in uerbis ſublimitas: & in affectibus motus omĩs: & in pſonis decor petitur. Idẽ paulo inferius ait Homerũ oĩb⁹ eloquẽtiæ partibus exemplu₃ & ortũ dediſſe. Strabo etiã primo lib. Quis Homero pſtãtior ad æloquendũ? de moribus autẽ cum multæ & claræ & dignæ in eis ſentẽtiæ ut apparebit. Tum ipſe Naſo teſtimoniu₃ præbet: is enim de arte uolumine. iii. ſcribit.

Adde q̓ inſidiæ ſacris a uatibus abſunt.
Et facit ad mores ars quoq₃ noſtra bonos
Eſt deus in nobis ſunt & commertia cæli
Sedibus æthereis ſpiritus ille uenit.

Fabius itẽ in. x. de Alceo poeta ait multũ etiã moribus cõfert. Strabo quoq₃ uolumine primo cõmemorat poeticam ab ineunte nos ætate ad uiuẽdi rationes adducere: mores & affectiones edocere: res gerẽdas cũ iucũditate pcipere: & iccirco græcorũ ciuitates ab ipſo primordio eorũ liberos in poetica erudiiſſe. Iniuria igit̃ a quibuſdam dãnari uidentur præſertim q̓ a catholica fide remoueãt eis inuigilantes. Id quidẽ ego falſũ eorundem poetarũ uerbis oſtendam. Decem nanq₃ legis pcepta in ipſis reperiemus. Septẽ quoq₃ mortalia uitia illos & dãnare & prohibere uidebimus. Plurima ite₃ q̃ optima edocere: quæ & tituli demonſtrãt. Vale patriæ decus. Datum Cal. Augu. Mcccclxxxvi.

De poetica uirtute & ſtudio humanitatis impellẽte ad bonum.

Poetarum Laus. Tit. i.

Cicero pro Archia.



T qui sic a summis eruditissimisq; hominib⁹ accepimus. Cæterarum rerum studia & doctrina & præceptis & arte constare. Poetam natura ipsa ualere & mentis uiribus excitari: & quasi diuino quodam spiritu inflamari. Quare suo iure noster ille Enni⁹ sanctos appellat Poetas: q̄ quasi deorum aliquo dono atq; munere commendati nobis esse uideantur. Sit igitur iudices sanctum apud uos humanissimos homines hoc Poete nomen: quod nulla unquaꝫ babaria uiolauit. Saxa & solitudines uoce respondent Homerū Colophonii ciuem suū esse dicūt. Chii suum uendicant. Salaminii repetunt: Smyrnii uero suum esse confirmant. Charus fuit Aphricano superiori noster Ennius. itaq; etiam in sepulcro Scipionuꝫ putatur is esse constitutus. Quid noster hic magn⁹ qui cum uirtute fortunam æquauit? Nonne Theophaneꝫ mitylenæum scriptorem rerū suarum in concione militum ciuitate donauit: & nostri illi fortes uiri sed rustici ac milites dulcedine quadam gloriæ commoti: quasi participes eiusdem laudis magno illud clamore approbauerunt?

Plynius. li. vii. c. xxxi.

Alexāder magn⁹ īter spolia Darii p̄sarū regis ūguētorū scrinio capto quod erat auro gēmisq; ac margaritis p̄ciosū: uarios eius usus amicis demōstrantib⁹ quando tedebat unguenti bellatorē & militia sordidū imo

171

hercule inquit librorũ homeri custodiæ det ut præcio sissimũ humani animi opus q̃ maxime diuite ope ser uaret. Idẽ pindari uatis familie pœnatibusq; iussit par/ cere quũ thebas raperet. Arist. philosophi p̃riam suam credidit: Archilochi poetæ interfectores Apollo argu it delphis. Sophoclẽ tragici cothurni principem defun ctum sepelire liberpater iussit obsidẽtibus mænia lace dæmoniis lysandro eorũ rege in quiete sæpius admo nito ut pateretur humari delitias suas. Requisiuit rex. Quis supræmum diem athenis obiisset: nec difficulter ex iis quæ deus significasset intellexit: pacemq; funeri dedit.

Aristoteles. i. met.

Philomythes & fabularum amator est aliqualiter philosophus: quia fabula ex mirabilibus constituitur. μυθευομαι autem fabulor est nobis μυθος Fabula.

Strabo in. i.

Sapientissimi qui de poeticis quicq̃ elocuti sunt pri mam quandam philosophiam poeticam esse asserũt. Et inferius. Antiqui uero poeticã primam philosophi/ am quandam esse perhibent: quæ ab ineũte nos ætate ad uiuendi rationes adducit: quæ mores: quæ affectio nes edoceat: quæ res gerẽdas cum iucunditate præcipi at. Posteriores uero solũ poetã ipsum sapientẽ esse as/ seruerunt. Quamobrem græcorũ ciuitates ab ipso pri mordio eorũ liberos in poetica erudierunt: non nudæ utiq; uoluptatis: sed castæ moderatiõis gratia: & infra. Nunquid & poetarũ auditoribus nihil confert ad uir/ tutem ut locorum multorum & militiæ & agriculturæ gnari existant.

Fabius Quintilianus li. i.

Deniq; credamus summis oratoribus qui ueterum poemata uel ad fidem causarum uel ad ornamentum æloquentiæ assumunt. Nam præcipue quidem apud Ciceronem frequentius tamen apud Asinium etiã & cæteros qui sunt proximi: Vidimus Ennii ac Pacuuii: Lucilii: Terentii: Cæcilii: & aliorum inseri uersus. Sum ma non eruditionis modo gratia: sed etiam iucundita tis. Cum poeticis uoluptatibus aures a forensi asperita te respirent: quibus accedit non mediocris utilitas cũ

sententiis eorum uelut quibusdam testimoniis quæ ꝑ posuere confirment.

Idem li.v.

Sententiis quidem poetarum non orationes modo sunt refertæ sed libri etiam philosophorum: qui quãq̃ inferiora omnia præceptis suis ac literis credunt: repetere tamen auctoritatem a pluribus uersibus fastidiutunt.

De studio humanitatis. Ti.ii.

Cicero pro Archia.

Hæc studia adolescentiã agunt: senectutem oblectãt: secundas res ornant: aduersus profugium atq; solatiũ præbent: delectant domi: non impediunt foris: pernoctant nobiscum: peregrinantur: rusticantur.

Aulus gellius.li.xii.c.xv.

Qui uerba latina fecerunt humanitatem appellarũt id prope modũ quod græci παιδειαν uocant: nos eruditionẽ institutionemq; in bonas artes dicimus: quas qui sinceriter cupiunt appetuntq;: ii sũt uel maxime humanissimi: huius enim scientiæ cura & disciplina ex uniuersis animantibus uni homini data est: iccircoq; humanitas appellata est. Vtq; Cicero pro Archia poeta inquit. Omnes artes quæ ad humanitatem pertinent: habent quoddam commune uinculum: & quasi cognatione quadam inter se continentur.

Vnum deum patrem omnipotentem creatorẽ cæli & terræ: oĩmq; rectorẽ. Ti.iii. Virg.x.

Tum pater omnipotens rerum cui summa potestas
Infit.
O pater o hominum diuumq; æterna potestas.

Virgilius.iiii.

Ipse deum tibi me claro demittit olympo
Regnator: cælum & terras qui numine torquet.

Homerus.iii.iliados.

Iuppiter omnipotens rerumq; æterna potestas.
Cuncta tuo qui regna pater sub numine torques.

Ouid.ii.tristium.

Iure igitur genitorq; deum rectorq; uocatur
Iure capax mundus nil ioue maius habet.

172

Tullius libro.vi.de rep.

Nihil est enim illi principi deo qui omnem mundum regit (quod quidem in terris fiat) acceptius q̃ concilia cœtusq; hominum iure sociati: quæ ciuitates appellantur.

Plynius.li.ii.

Innumeros quidem credere uidelicet deos atq; etiam ex uirtutibus uitiisq; hominum: ut pudicitiam concordiam mentem spem honorem clæmentiam fidem. Aut ut Democrito placuit duos omnino pœnaz & beneficium maiorem ad secordiam accedit.

Deum esse ubiq;. Ti.iiii.

Virgilius ægloga.iii.

Ab ioue principium musæ iouis omnia plena.
Ille colit terras.

Lucanus.

Iupiter est quodcunq; uides quocunq; moueris.

Virgilius.vi.

Spiritus intus alit totamq; infusa per artus
Mens agitat molem.

Ipse eñ est spiritus sine quo nihil mouetur aut regitur.

Deum esse omnibus equum. Tit.v.

Virgilius.x.

Rex iupiter omnibus idem.

Homerus.xx.iliados.

Deus æquus utrumq; respicit.

Syllius.iiii.

Mite & cognatum est homini deus.

Deum gaudere fide. Ti.vi.

A contius ouidianus.

Non boue mactato celestia numina gaudent
Sed quæ præstanda est & sine teste fide.

Deum gaudere sola etiam uoluntate. Titulus.vii.

Ouidius.iii.de ponto.

Vt desint uires tamen est laudanda uoluntas.
Hæc ego contentos auguror esse deos
Hæc facit ut pauper ueniat quoq; gratus ad aras
Et placeat cæso non minus agna boue
Nec quæ de parua pauper diis libat acerra
Thura minus grandi q̃ data lance ualent.

Deum colendum & non spernendum. Titulus. viii.
Primo Georgicorum.
In primis uenerare deos. Nemo autem poetas debet arguere q deos aut diuos dicant. Eo namq; modo accipiunt illi quo & Romana ecclesia. Legimus enim Quoniam tu dominus altissimus super omnem terram nimis exaltatus es super omnes deos: id est angelos sanctos qui dicuntur dii participatiue. Dan. secũdo. Exceptis diis quorum non est cum hominibus conuersatio Ita Nicolaus de lira exposuit. Diuus etiam Cyprianus ait. Deos enim plures esse participatione. Nemo negat.

Virgilius. vi.
Discite iusticiam moniti & non temnere diuos.
Homerus. iiii. iliados
Contemni numen olympi.
Haud impugne sinunt superi scelera impia quanq̃
Distulerint: culpas hominum grauiora morantur
Supplicia.
Homerus. xxiiii. iliados.
Dignus honos superum.
Ibidem.
Ibo equidem: neq; enim magni contemnere fas est
Iussa iouis.
Ibidem.
Nam uereor mandata iouis.
De blasphemia. Tit. ix.
Tibullus epistola. iiii. tertii.
Nec nos insanæ meditantis iurgia linguæ
Impia in aduersos soluimus ora deos.
Christum uenisse e cælo & uirginem. Titulus. x.
Aegloga. iiii. Vir. e Sybille dictis.
Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo
Iam redit & uirgo redeunt saturnia regna
Iam noua progenies cælo demittitur alto.
Ne iures uana per eum. Tit. xi.
Acontius Ouidianus.
Tantum periuria uita.
Ouidius. i. de amoribus.
Non bene conducti uendunt periuria testes.

173

Fidem seruandam. Titulus.xii.
Dido ouidiana.
Nec uiolasse fidem tentantibus æquora prodest
Perfidiæ penas exigit ille locus.
Ouidius in.iii.artis.
Reddite depositum: pietas sua fœdera seruet.
Fraus absit: uacuas cædis habete manus
Syllius.li.ii.
Neu rumpite fœdera pacis
Ne regnis post ferte fidem.
Sabbata sanctifices. Titulus.xiii.
Tibullus.i.elegia secundi.
Luce sacra requiescat humus requiescat arator
Et graue suspenso uomere cesset opus
Omnia sunt operata deo: Non audeat ulla
Lanificam pensis imposuisse manum.
Iuuenalis sat.vi.
Ille petit ueniam quotiens non abstinet uxor
Concubitu sacris obseruandisq; diebus.
Natali die sacro & orandũ & sacrificandu;. Ti.xiiii.
Tibullus.ii.epistola secundi.
Dicamus bona uerba uenit natalis ad aras
Quisquis ades lingua uir mulierq; faue
Vrantur pia thura focis: urantur odores
Quos tenet e terra diuite mittit arabs.
Casta placere deo & superis. Ti.xv.
Tibullus epistola.i.secundi.
Vos quoq; abesse procul iubeo. Discedat ab aris
Cui tulit hesterna gaudia nocte uenus.
Casta placent superis: pura cum ueste uenite.
Et manibus puris sumite fontis aquam.
Virgilius.iii.
Hac casti maneant in religione nepotes.
Habeas in honore parentes. Ti.xvi.
Virgilius.ii.æn.
Eia age chare pater ceruici imponere nostræ
Ipse subibo humeris: nec me labor iste grauabit:
Quo res cun q; cadent unum & commune periclum
Vna salus ambobus erit.
Ascanium Anchisenq; patrem teucrosq; pœnates

Commendo sociis.

Idem in.ix.

Vnum oro genitrix priami de gente uetusta
Est mihi: quam miseram tenuit non ilia tellus
Mecum excedentem non mœnia regis acestæ
Hanc ego nunc ignaram huius quodcunq; pericli est
Inq; salutatam linquo: nox & tua testis
Dextera: q nequeam lachrymas proferre parentis.
At tu oro solare inopem: & succurre relictæ.
Hanc sine me spem ferre tui: hac audentior ibo
In casus omnis.

Non occisor eris. Titulus.xvii.

Iuu.sat.viii.

Respice quid moneant leges: quid curia mandet.
Præmia q̃ta bonos maneant.

Ouid.fast.ii.

Ah nimium faciles qui tristia crimina cædis
Fluminea tolli posse putatis aqua.

Syllius.iiii.

Cædumq; feros auertite ritus.

Ouid.in.iii.artis.

Vacuas cedis habete manus.

Non fur. Tit.xviii.

Iuu.sat.iii.

Me nemo ministro fur erit.

Non mœchus. Tit.xix.

Iuu.sat.xiiii.

Nil dictu fœdum uisuq;: hæc limina tangat
Intra quæ puer est procul hinc procul inde puelle
Lenonum: & cantus pernoctantis parasiti.
Maxima debetur puero reuerentia: si quid
Turpe paras nec tu pueri contempseris annos
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans.

Tibullus.iii.epistola tertii.

Ah pereat didicit fallere si qua uirum.

Ouid.in arte.

Odi concubitus qui non utrinq; resoluunt
Hoc est cur pueri tangat amore minus.

Tibullus.

O fuge te teneræ puerorum credere turbæ

Nam causaꝫ iusti semper amoris habetur.
Ouid.ii.de sine titulo.
Decepta est opera nulla puella mea.
Non testis iniquus. Tit.xx.
Iuu.satyra Octaua.
Esto bonus miles: tutor bonus: arbiter idem.
Integer ambiguæ si quando citabere testis
Incerteqꝫ rei: phalaris licet imperet ut sis
Falsus & admoto dictet periuria tauro.
Non ullius nuptam cupias. Tit.xxi.
Ouid.iii.artis.
Nupta uirum timeat: rata sit custodia nuptæ
Hoc decet: hoc leges iusqꝫ pudorqꝫ iubent.
Iuu.sat.iiii.
Nemo malus fœlix minime corruptor & idem
Incestus cum quo nuper uittata iacebat
Sanguine adhuc uiuo terram subitura sacerdos.
Ouid.ii.tristium.
Sed neqꝫ me nuptæ didicerunt furta magistro.
Homerus.xxii.iliados.
Coniunx erepta marito
Tanti causa mali & belli reddatur origo
Tyndaris: & quicquid cum pellice uexit adulter.
Ouid.i.de remedio.
Nil mihi cum nupta thais in arte mea est.
Nec rem cupias alienā. Tit.xxii.
Iuu.sat.xiii.
Prima mihi debes animi bona: sanctus haberi
Iustitiæqꝫ tenax.
De superbia & uana gloria. Ti.xxiii.
Iuu.sat.xiii.
Victrix fortunæ sapientia: Dicimus autem
Hos quoqꝫ fœlices: qui ferre incommoda uitæ.
Nec iactare iugum uita didicere magistra.
Tibullus circa finem.
Procul absit gloria uulgi.
De auaricia. Ti.xxiiii.
Iuu.sat.xii.
Non propter uitam faciunt patrimonia quidam
Sed uitio cæci propter patrimonia uiuunt.

Idem sat.xiiii.
Sed quæ reuerentia legum?
Quis metus? aut pudor est unq̃ properantis auari?
Mensura tamen quæ?
Sufficiat census siquis me consulat edam.
Inq̃tum sitis atq; fames & frigora poscunt.
Quantum Epicure tibi paruis suffecit in hortis,
Quantum Socratici cœperunt ante penates,
Nunq̃ aliud natura aliud sapientia dicet
Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.
Iuu.sat.viii. Modumq;.
Pone & auariciæ: miserere inopum sociorum.
Ouid.i.fast.
Tempore creuit amor: qui nunc est summus habendi
Vix ultra quo iam progrediatur habet.
Creuerunt & opes & opum furiosa cupido
Et cum possideant plurima: plura petunt
In precio precium nunc est: dat census honores.
Census amicitias; pauper ubiq; iacet.
Cicero.i.de legibus.
Quid eniȝ fœdius auaritia: Quid immanius libidine?
Ouid.i.de amoribus.
Turpe reos empta miseros defendere lingua
Quod faciat magnas turpe tribunal opes
De luxuria. Ti.xxv.
Tibullus epistola.vii.tertii.
Quid quæror infœlix turpes discedite curæ.
Ouid.ii.de remedio.
Ad mala quisq; animum referat sua; ponet amorem.
Ibidem.
Nec minus erucas aptum est uitare fallaces.
Et quicquid ueneri corpora nostra parat
Vtilius sumas acuentes lumina rutas.
Et quicquid ueneri corpora nostra negat.
Ouid.ix.met.
Quo feror; obscenæ procul hinc discedite flammæ
Seneca in Hippolyto.
Compesce amoris impii flammas præcor
Seneca in octauia.
Totum per orbem maximum est exortum malum

Luxuria pestis blanda.

Claudianus.

Luxuries predulce malum quæ dedita semper
Corporis arbitriis hebetat caligine sensus.

Tul. in paradoxis.

Refrenet primũ libidies: spernat uoluptates: Iracũdiã teneat: coerceat auaritiã: cæteras animi labes repellat.

De ira. Tit. xxvi.

Iuu. sat. viii.

Expectata diu tandem prouincia: quum te
Rectorem accipiet: pone ire frena modumq;
Pone & auariciæ: miserere inopum sociorum.

Homerus. viii. iliados.

Procul hinc procul ira recedat
Quæ turbat sapientẽ hominẽ quum falsa per artus
Humanos: fumi surgit crescentis ad instar. Pessima.

Homerus. xx. iliad.

Iurgia iam cessent mos est mulieribus iste
Quum rixas acuunt & se clamore soluto
Extra tecta ferunt & uerba minantia iactant.

Horatius odarum. i.

Iræ thyesten exitio graui
Strauere: & altis urbibus ultimæ
Stetere causæ cur perirent
Funditus imprimeretq; muris
Hostile aratrum exercitus insolens.

Ouidius. i. de sine titulo.

Sed nunq̃ dederis spatiosum tempus in iram
Sæpe simultates ira morata facit.

De gula. Tit. xxvii.

Iuu. sat. xi.

Interea gustus elementa per omnia quærunt.
Nunq̃ animo pretiis obstantibus: interius si
Attendas magis illa iuuant quæ pluris emuntur:
Nec nullum cupias: cum sit tibi gobio tantum
In loculis: quis enim te deficiente crumena
Et crescente gula manet exitus ære paterno
Ac rebus mersis in uentre?
Tales ergo sibi qualis domus atq; supellex.

De inuidia. Tit. xxviii.

Ouid.iii.tristium.

Viue sine inuidia.

Tibullus circa finem.

Nil opus inuidia est: procul absit gloria uulgi.

Plin.i.epistolarum.

Neq.n.egó ut multi inuideo aliis bonū quo ipse careō

Cicero pro lucio Cornelio.

Est.n.hui⁹ sæculi labes quædā & macula uirtuti īuidere

De accidia. Tit.xxix.

Iuu.sat.ix.

Non erat hac facie miserabilior Crepereius
Pollio: qui triplicem usuram præstare paratus
Circuit: & fatuos non inuenit unde repente
Tot rugæ: certe modico contentus agebas
Vernam equitem: conuiua loco mordente facetus
Et talibus uehemens intra pomeria natis.
Omnia nunc contra: uultus grauis: horrida sicce
Silua comæ: nullus tota nitor in cute.

Vota & preces agendas. Tit.xxx.

Virgilius.vi.

Cessas in uota precesq; Tros ait æneas cessas.

Ouid.i.de arte.

Flectitur iratus uoce rogante deus.

Fast.v.

Sæpe iouem uidi quum iam sua mittere uellet
Fulmina thure dato substinuisse manum.

Pœnitentiam iuuare. Ti.xxxi.

Ouid.i.de pont.

Sæpe leuant penas ereptaq; lumina reddunt
Quum bene peccati pœnituisse uident.

Seneca in thyeste.

Quem pœnitet peccasse pene est innocens.

Non credendum cantibus. Ti.xxxii.

Ouid.i.de remedio.

Deme ueneficiis carminibusq; fidem.

Dido Mantuana.

Testór chara deos & te germana tuumq;
Dulce caput: magicas inuitam accingier artes.

176

Solã peccãdi uolũtatẽ hr̃i ꝓ facto crimie. Ti.xxxiii.
Iuu.sat.xiii.
Has patitur pœnas peccandi sola uoluntas
Nan scælus intra se tacitum qui cogitat ullum
Facti crimen habet.
Vir.vi.eosdem docet esse in tartaro.
Ausi omnes immane nefas ausoq; potiti.
Festa luce nõ esse uẽdendũ emẽdũue.T.xxxiiii.
Iuu.sat.xiii.
Quæ tam festa dies ut cesset prodere furem?
Perfidiam:fraudes:atq; omni excrimine lucrum
Quæsitum:& partos gladio uel pyxide nummos?
Vindictam quæri non debere.Tit.xxxv.
Iuu.sat.xiii.Quippe minuti
Semper & infirmi est animi exiguiq; uoluptas
Vltio:continuo sic collige:q uindicta
Nemo magis gaudet q̃ fœmina.
Animas immortales.Tit.xxxvi.
Ouid.xv.met.
Morte carent animæ.
Tullius libro.vii.de rep.
Et ut mundum ex quadam parte mortalem ipse deus
æternus:sic fragile corpus anim⁹ sẽpiteru⁹ mouet.
Manilius libro quarto.
An dubium est habitare deum sub pectore nostro
In cælumq; redire animas cæloq; uenire.
Seneca in thyeste.
Mortem aliquid ultra est?uita.
Infernum esse malorum pœnam.Tit.xxxvii.
Vir.vi.
Hac iter Elysium nobis.At leua malorum
Exercet pœnas:& ad impia tartara mittit.
Gnosius hæc rhadamanthus habet durissima regna
Castigatq; auditq; dolos:subigitq; fateri
Quæ quis apud superos furto letatus inani
Distulit in seram commissa piacula mortem.
Hic quibus inuisi fratres dum uita manebat:
Pulsatusue parens & fraus innexa clienti
Aut qui diuitiis soli incubuere repertis
Nec partem posuere suis quæ maxima turba est

Quiqꝫ ob adulterium cæsi quiqꝫ arma secuti
Impia: nec ueriti dominorum fallere dextras
Inclusi pœnas expectant: &c.
Vendidit hic auro patriam: dominumqꝫ potentem
Imposuit: fixit leges precio atqꝫ refixit.
Hic thalamum inuasit natæ uetitosqꝫ hymenæos
Ausi omnes immane nefas ausoqꝫ potiti.
Ergo exercentur pœnis: ueterumqꝫ malorum
Supplicia expendunt aliæ panduntur inanes
Suspensæ ad uentos: aliis sub gurgite uasto
Infectum eluitur scelus aut exuritur igni.

Seneca tragædia.i.

Certus inclusos tenet locus nocentes.

Puniri pꝰ mortē q̄ ante nō purgarit scelꝰ. T.xxxviii.

Vir.vi.

Gnosius hæc rhadamanthus habet durissima regna.
Castigatqꝫ auditqꝫ dolos subigitqꝫ fateri
Quæ quis apud superos furto letatus inani
Distulit in seram commissa piacula mortem.

Cicero pro milone.

Et pœnā sēper ante oculos uersari putēt q̄ peccauerint

Paradisū seu beatorum locū iueniri. Ti.xxxix.

Vir.vi.

Deuenere locos lætos & amæna uireta
Fortunatorum nemorum sedesqꝫ beatas.
Hic manus ob patriam pugnando uulnera passi
Quiqꝫ sacerdotes casti dum uita manebat.
Quiqꝫ pii uates & phæbo digna locuti.
Inuentas aut qui uitas excoluere per artes.
Quiqꝫ sui memores alios fecere merendo.

Impium displicere deo. Tit.xl.

Dido Ouidiana.

Pone deos & quæ tangendo sacra prophanas.
Non bene cælestes impia dextra colit.

Catullus.

Nec facta impia fallacium hominum cælicolis placēt.

Seneca tragædia.i.

Vt fert fama impios supplicia uinculis
Sæua perpetuis domant.

Quid orandum a deo. Ti. xli.

Iuu. sat. x.

Orandum est ut sit mens sana in corpoe sano.
Fortem posce animum & mortis terrore carentem
Qui spatium uitæ extremum inter munera ponat
Naturæ qui ferre quæat quoscunqȝ labores
Nesciat irasci: cupiat nihil: & priores
Herculis erumnas credat sæuosqȝ labores
Et uenere & cænis & plumis Sardanapali.
Permittes ipsis expendere numinibus quid.
Conueniat nobis rebusqȝ sit utile nostris.
Nam pro iocundis aptissima quæqȝ dabunt dii.
Charior est illis homo q̄ sibi: nos animorum
Impulsi & cæca magnaqȝ cupidine ducti
Coniugium petimus partumqȝ uxoris: at illis
Notum qui pueri qualisqȝ futura sit uxor.

Syllius. iiii.

Iusta ite præcati
Thure pio: cædumqȝ feros auertite ritus.

Ira dei quid possit. Ti. xlii.

Ouid. v. tristium.

Plus ualet humanis uiribus ita dei.

Homerus. v. iliados.

Dura quidem res est mortalibus ira deorum.

Venena non danda nec scelera cogitāda. Ti. xliii.

Tibullus. iiii. epistola tertii.

Nec mea mortiferis infecit pocula succis
Dextera nec cuiq̄ certa uenena dedit.
Nec nos sacrilegi templis amouimus ægros.
Nec cor sollicitant facta nefanda meum.

Idem. vii. epistola tertii.

Quid quæror infœlix? turpes discedite curæ.

Cultum honestum fore. Tit. xliiii.

Phædra ouidiana.

Sint procul a nobis iuuenes ut fœmina compti
Fine coli modico forma uirilis amat.

Ouid. i. de arte.

Sed tibi nec ferro placeat torquere capillos
Nec tua mordaci punice crura teras.

Forma uiros neglecta decet.

Quales esse oportet. Ti.xlv.

Iuu.sat.viii.

Malo pater tibi sit thersites dummodo tu sis
Aeacide similis uulcaniaq; arma capessas
Quam te thersitæ similem producat achilles.

Aleam fugiendam. Ti.xlvi.

Iuu.sat.i.

Et quando uberior uitiorum copia? quando
Maior auaritiæ patuit sinus? alea quando
Hos animos? neq; enim loculis comitantibus itur
Ad casum tabulæ: posita sed luditur arca
Prælia quanta illic dispensatore uidebis
Armigero: simplex ne furor sestertia centum
Perdere & horrenti tunicam non reddere seruo?

Iuu.sat.xiiii.

Si damnosa senem iuuat alea ludit etheres.

Ouid.i.de arte.

Disce bonas artes moneo romana iuuentus.

Secundo de arte.

Sit procul omne nefas? ut ameris amabilis esto.

Non esse publicanda malefacta. Ti.xlvii.

Ouid.iii.tristium

Crede mihi bene qui latuit: bene uixit: & intra
Fortunam debet quisquis amare suam.

Seneca in hippolito.

Alium silere quod uoles: prius sile.

Ouid.iii.de amoribus.

Quis furor est quæ nocte latent in luce fateri.
Et quæ clam facias facta referre palam?

Ouid.ii.de remedio.

Nec peccata refer.

Sacra non tangenda a prophanis. Ti.xlviii.

Secundo æneidos.

Tu genitor cape sacra manu: patriosq; pœnates.
Me bello ex tanto digressum & cæde recenti
Attrectare nefas: donec me flumine uiuo
Abluero.

Dido ouidiana.

Pone deos: & quæ tangendo sacra prophanas
Non bene celestes impia dextra colit.

Non esse facinus legere uersus molles. Tit.xlix.

Ouid.ii.tristium.

Non tamen est facinus molles euoluere uersus
Multa licet caste non facienda legant.

Catullus.

Nam castum esse decet pium poetam
Ipsum: uersiculos nihil necesse est.

Quare mortaliũ qdaꝫ a dei cultu abhorrent. Tit.l.

Iuu.sat.x.

Omnibus in terris: quæ sunt a gadibus usq;
Auroram & gangen: pauci dignoscere possunt
Vera bona: atq; illis multum diuersa remota
Erroris nebula: quid enim ratione timemus
Aut cupimus?

Iuu.sat.xiii.

Rari quippe boni: numero uix totidem quo
Thebarum portæ: uel diuitis ostia nili
Sunt qui in fortunæ iam casibus omnia ponant
Et nullo credunt mundum rectore moueri
Natura uoluente uices & lucis: & anni
Atq; ideo intrepidi quæcunq; altaria tangunt
Est alius metuens ne crimen pœna sequatur
Hic putat esse deos: & peierat: atq; ita secum
Decernat quodcunq; uolet de corpore nostro
Isis: & irato feriat mea lumina sistro
Dummodo uel cæcus teneam quos abnego nummos
Vt sit magna tamen certe lenta ira deorum est.

Syllius.iiii.

Neu primæ scelerum causæ mortalibus ægris
Naturam nescire deum: iusta ite precati
Thura pio: cædumq; feros auertite ritus
Mite & cognatum est homini deus.

Ascanius Quatrassus Sermonetanus.

Quod te uita docet q̃ sit castissima uatum
Per Mancinellum suscipe lector opus.

Vitæ Sylua per Ant. Mancinellum.

Quæ mihi terra pēs: qui me genuere parentes
Cognomen fuerit qua ratione datum.
Quæ mihi iuncta toro: quib⁹ & cōitat⁹ alūnis
Hinc studia: hinc mores calliopæa refer.
Volscorum insignis magna & populosa uelitre
Est urbs in latio rura uetusta tenens:
Colle sita est humili: clypei cui forma rotundi
Porta duplex insunt bis pia templa decem.
Sunt putei cælestis aquæ: puteiq; fluentis.
Circunstant septem mænia fonticuli.
Sunt plateæ: pulchræq; domus: sunt strata uiarum
Est in conspectu mons mare saltus ager.
Est pomptina palus: Circeii: Asturia turris.
Mænia Nuntumnæ fluctibus huda maris.
Non procul inde Antum fortunæ regia quondam
Ardea non longe est: urbs Lanuuina prope.
Sermoneta iugo. Norbe Cora maxima turris
Prænestæ a tergo montibus impositum.
Distat ab urbe quidem uiginti millia passum
Triginta a circes sedibus urbe iugis.
Sunt fontes agro passim: sunt arua grægesq;
Vineta: arbustum: pascua: rura: nemus.
Hinc alimenta ignis. Volucrum genus omne paratur
Hinc quoq; fuluus aper capræa cerua lepus.
Græcula uina quibus Gnosi mitissima cædunt
Gargara uix segetes tot Libye ue ferunt.
Quot mare tyrrheno pisces capiuntur: ad urbem
Hac pergunt: hinc est copia magna uiris.
Non desunt lacuum pisces: non fluminis ulli
Sub ditione licet flumina nulla: lacus.
Augusti patriam prisci dixere latini
Cæsaris: imperium cui tribuere poli
Ante diu q̄ natus erat: nam fulmine tacta
Parte urbis. Vates consuluere pios
Responsum quandoq; fore: ut rerum poteretur
Ciuis in Augusto sors ita uera fuit.
Hæc eadem conferta uiris quibus oppida nulla
Clara magis: seu lex seu medicina placet.
Astrorum cæliq; uias: rerum ue tenere
Causas: cælicolum numina nosse deum

Pontifici summo tantum subiecta potitur
Iure suo:& quicquid prouenit ex aliquo.
Liberior nulla est sacræ dictionis alumna
Hac:ubi parturiens Angela te genuit.
Nomine digna suo uirguncula iuncta Ioanni
Casta quidem mitis fida,uenusta pudens.
Octo & uiginti nondum possederat annos.
Idibus Augusti dormiit alta petens.
Quinq; tamen genitis mulier prius edita partu
Hinc tu:post alius nomen aui referens.
Hinc. Bernardiuus:nata hinc cognomine primæ
Infantes pereunt tres:duo tecta colunt.
Bis duo post mensis Iacoba est tradita patri
Angela nata tibi nomina matris habens.
Corpore non alto fuerat Pater inclytus acri
Ingenio:quamuis grammata nulla sibi.
Sæpe magistratum gessit:nam sæpe Nouemuit
Electus:sæpe est missus ad ora ducum.
Iudæos pepulit Ciuis ob fœnore præssos
Constituit montem qui pietatis inest.
Lege ramen posita fieret ne fœnus ab ullo
Amplius:& pæna est omnibus inde data
Tentauit quandoq; tamen gens impia rursus
Allicere spræta religione canes.
Cõcilium petiit genitor furibundus & acer
Tum minitans clamat crimen onusq; fore.
Pro superos:Aurum tanti est:ut iura fidemq;
Dissoluat contra fasq; piumq; simul.
Hebræus sed enim romæ corruperat omnes
Vix tamen ægressus fulmine tactus obit.
Tum patrem dixere pium:miracula cuncti
Dixerunt præcibus talia facta patris.
Ex illo nemo est ausus tentare nefanda
Et magis atq; magis mons pietatis habet.
Post ubi lustra decem Genitori parca peregit
Destitit:heu pietas quid iuuat esse pium?
Impia facta uiro mortem tribuere nefandam
Etsi cultor erat maximus ille deum.
Impia fata nimis subita præcordia labe
Præsserunt:cecidit lingua Animusq; simul.

Ind oluere omnes orbati ciue benigno
Non aliter q̄ si patria capta foret.
Tu tamen ante alios luctu miserandus:& alter
Quo tibi restiterat gratius orbe nihil.
Lugebas merito charo genitore perempto
Cui fueras uita charior ipse sua.
Nam te dilexit plusq̄ pater ullus amarit
Hinc labor omnis ei non labor ullus erat.
Nec Bernardinum cura leuiore colebat
A quo:ut lædeo Castor:amatus eras.
Dum passa est Atropos sæuissima dumq; sorores
Dum licuit cælo sideribusq; frui.
Quinq; etenim lustris exacti temporis usus
Post obitum nono mense parentis obit.
Infœlix nimium Romæ sine fratre peremptus
Dum uacat inuentis Delphice Apollo tuis.
Accessit cumulus fraterna morte parentis
Iacturæ : accessit luctus & usq; dolor.
Hic opus arte fuit ne te quoq; portitor acri
Mærore affectum ferreus acciperet.
Profuit interdum sapientum uisere libros
Profuit & somno lumina mæsta dare.
Iam tibi cognomen dederit quæ causa docebo
Cum dederit primis ante Palumbus Auis.
Dum Stephanus puer esset Auus:Leuoq; lacerto
Fortior accepit quod tibi nomen inest.
Tu dexter:Natiq; tui:fraterq;:Paterq;
Sed Mancinellus dicere sicut Auus.
Angela iuncta tibi iuni post octo calendas
Atq; decem:Nono mense peregit opus.
Porphyrium genuit:quinquennem pestis ademit
Martha secunda fuit peste perempta simul.
Pindarus:& Quintus:festus quoq; te comitantur
Prisca: Aquilinus item:uel Titus astra tenent.
Ordíne cuncta modo referam quæcunq; supersunt
Vt studia ut mores:quæ tibi parca dedit.
Grammaticæ in puerum docti docuere latini
Cura tui fuerat maxima nanq; patri.
Qui rector custosq; pius Venusinus ut olim
Expulit omne nefas:contulit omne decus.

Consilio cuius ciuilia iura petisti
Ad logicam uertit post medicina uirum:
At quoniam data sunt mortalibus omnia cælo
Pierida suoluit reddere Virgo tibi.
Præteritis igitur septem ter messibus eui
In patria doctor publicus eligeris.
Verborum regimen: Variatio: Spica figuræ
Thesaurus: Flores: hic uigil ata prius.
Gymnasium post Roma dedit: Commenta Maronis
Tum Satyri: hinc flacci: Versilogumq; paris.
Pomponi hortatu Venetas deductus ad oras
Laurenti liman scribis: & inde Modum.
Somnia quis maior declaras Scipio uisus
Rhetoricenq; simul uel Ciceronis opus.
Segnis ad idaliam cauisti furta marite
Cauisti quicquid turpius esse potest.
Non Auidus rerum nisi quas natura requirit
Nemo tibi captus Fraude dolisue fuit.
Nil præter rectum placet & laudabile: quicquid
Turpe fugis: toleras qualiacunq; libens.
Hinc placidus: mitis: uerecundus: religioni
Deditus: hinc optas religione frui.
Mentiris raro: negligis conuicia magnus
Irato cedunt ira furorq; grauis.
Munere nam diuum patiens tolerare paratus
Quicquid in orbe tibi fata dedere mali.
Somni q̃ minimi curarum mole repressus
Nam tibi tu doceas uictus adesse nequit.
Sæpe necessariis caruisti: Cælius olim
Passus idem: Necnunc aureus unus adest.
Post obitum uiuens: aqua uel cibus: optima forma
Sacrorum cultus: somnia grata ferunt.
At uenus e contra nummi: uel monachus: ignis
Auspicium cornix ille uel esto malum.
Corpore non tenui nec pleno longus haberis
Nigro octoginta lumine pollicibus.
Cumq; nihil doleas sincero corpore toto
Iam decies annos quattuor inde tenes.
Mille & quingenti fiunt nunc octo remotis
A puero cicli: quem pia uirgo parit.

Sextus Alexander cleri iam pastor habetur
Post tamen Eugeni tempora lumen adis.
Hactenus ista satis: uerum si plura supersint
Adiiciam post hæc omnia: iamq; Vale.

Antonius Mancinellus amicorum filiis.



Atini sermonis elegantiã cupiẽtes q̃ facit unũ quodq; uerbũ pure & apte dici studiosi adolescẽtes: unde meli⁹ q̃ hic haurire possitis: haud facile repit᷑. Itaq; horrari: orare: urgereq; etiã p̃ceptores una debetis: ut die quoq; epitomẽ hãc nobis ĩ lr̃ario ludo legãt exponãt ĩterpræteñt. Quod si q rẽnuẽt: studiũ ipsi impẽdite. Illosq; uestri profectus inuidos credite: nostriq; inimicos laboris: atq; ex illis esse: qui contra ueritatẽ clausis oculis ubiq; latrant. Nã dicẽt aliqui epitomẽ hanc legi debere minime: q᷑ Mancinellus Laurentii documẽta corrupit. Cũ aliter atq; ille docuerit in epitome legat᷑. Ad ea: uti laurẽtii longiora p̃cepta cũ his breuioribus conferantur: respondeatur. Sic eñ inspicietur: an Mancinellus fidus in Epitome scriptor. In qua sane ad hunc ordinẽ redigẽda mensibus q̃ttuor non sine labore ingenti & tædio amicorum gratia ultro elaboraui. Iuga siquidẽ nulla detrecto: dũ studiose pubi prodesse uolo. Qua de re quæcunq; obscuriora habentur magna ex parte clarissima reddã: quod in multis ẽt feci hacten⁹. Decreui & enim latinæ linguæ maria nauigantibus latentia saxa maximamq; scopuloꝝ partem euellere: ideoq; non solum triremes: uerum baianæ cymbæ per altũ citissime nauigabunt. Scribo aũt rudibus: q᷑ multi qui didicere nunq̃ alios docent qđ nesciũt. Op⁹ ergo iis docẽdi ratio quædã & uia simplex facil᷑ lata breuis apta: decliuis potius q̃ accliuis. Illud præterea noscite. Scriptoꝝ neminem licet optimũ malignitatis dentes uitare posse. Multi eñ ad fingendũ parati: benefacta conuiciis etiã lacerãt: & quos reuereri deberẽt accusant: digni qui celenæo supplicio afficiant᷑. Verum ego maliguorũ nihilipendens latratus: ab incœpto scribẽdi tenore non deterrebor. Erunt eñ leones qui mea quantulacũq; scripta aduersus canes defendãt. Quippe nullus tam superis inuidiosus: quin ab aliquo foueatur. Valete. Datũ Venetiis idibus Martiis. M.cccc.lxxxxiii.

181

Laurentii Vallensis Epitome Portulq; elegantiæ per Ant. Mancinellum Veliternũ amicoꝝ filiis.

De litera. A:



Ab
Abs

B: cũ duab⁹ liqdis: & cũ. i. qñ fit cõsonãs adiũgi solet: ut ab lege: & ab legatis: ab literis: ab rege: ab re: ab Ioue. Abs uero cũ. t. ut abs te: abs tito. Interdũ cũ qui: ut Terentius. Abs quis homĩe beneficiũ accipere gratũ est. Hæc Lau. Tu uero de ab legito limam nostram.

Abdicare
exhæredare

Abdicare est expellere a bonis filiũ: dũ uiuit pater. Exhæredare uero post mortẽ: sed abdicare est graui⁹: quod etiam in se exhæreditatem continet.

Abigere

Abigere significat ab loco fugare atq; expellere: ut abige muscas a facie mea scribentis. Quinti. Ibo in littus miser plantibus aues abigã. Itẽ abige oues capras asellos ab hortis ab uinetis a pratis. Abigere quoq; significat furto tollere: atq; etiã latrocinio. Quintilianus. Adhuc transeuntium abacti pecorum greges sub hoc titulo defendebantur.

Abactor

Vnde Abactores uocantur pecuariorum animaliũ fures: latrunculiue. Hos quidam Abigeos uocant.

Abigeus

Vlpianus inquit. Abigei autẽ proprie hi habentur: qui pecora de pascuis uel ex armentis subtrahunt: & quodammodo deprædantur: & abigẽdi studiũ: quasi artem exercent: equos de armentis uel oues de gregibus abducentes. Cæterũ si quis ouẽ oberrantẽ uel equos in solitudine relictos abduxerit: non est Abigeus: sed fur potius.

Fur

& Claudius ait. Quantitas discernit furem ab abigeo. Nã qui unam suẽ surripuerit ut fur coercebitur. qui gregem: ut abigeus. Hic furem ab abigeo separat: ut superior fecit.

Abhorreo

Abhorreo ab hac re: idem est quod perq̃ alienus sum ab hac re: semperq; postulat huiusmodi ablatiuum. Exhorreo autem hanc rem: idem est quod expauesco: nec unq̃ iungitur ablatiuo: sed accusatiuo duntaxat. Hæc Lau. Tu uero legito limam nostram.

Abstinẽtia
Cõtinẽtia
Temperantia

Abstinentia a Continentia ita differt ꝙ abstinentia iusticia est. Continentia uero illa quæ inter uirtutes quarta numeratur quæ eadem dicitur Temperantia & modestia. est enim hæc quum a uoluptatibus nos continemus. Abstinẽtia quum abstinemus ab alienis nulli uim afferentes: nihil cuipiam eripientes. Non nunq̃ tamen indifferenter ponuntur. Verum ut sentio Continentiæ poteris dare nomen abstinentiæ: potius q̃ e diuerso. Illud enim

specialius uidetur: hoc generalius: quare rite continentia uoca/tur abstinentia.

Accæpi calamitatem dicimus: accæpi cladem: accæpi damnum: accæpi iniuriam: accæpi contumeliam: accæpi repulsam: accæpi uulnus quod nunq̃ fere aliter dicimus: non sustinui: non perpes/sus sum uulnus. Sed fere semper accæpi: nisi more poetico: ut a/pud Ouid. lib. ii. met. Nullam patiere repulsam. Et Cicero: quum dixit. In domum multiplicatam honoribus non solum repulsã rettulit: sed etiam ignominiam & calamitatem: minime contra hoc præceptum fecit. Accipio

Acceptilatio: uide fero tibi acceptum. Acceptila/tio

Accerso uel arcesso utrũq; pro eo ad uocandum: uel uoco. Terentius in and. Obstetricem accerso. Accerso Arcesso

Accipio & Sumo differunt. Vnde quodam loco Valerius max. quum de Catone censorino loquitur qui ensem de mediis hostibus recepit: ait. Vi non coactus accipere: sed sua sponte sumere ui/deretur. Quare si latine nos loqui uolumus dicamus Dominum iesum carnem quidem humanam sumpsisse: mortem uero acce/pisse. Accipio Sumo

Accessus est aditio: atq; appropinquatio: aduentus itus. Accessio adiectio atq; incrementum. Accedo enim duo significat: ut acce/de ad ignem idest adi atq; appropinqua. Et hoc calamitatibus meis uel ad calamitates meas pondus accessit idest adiunctũ est & increuit. Accessus Accessio Accedo

Accusare est uel apud iudices uel apud alium quemuis: etiam a/pud illum ipsum quem accuses significare atq; ostendere aliquẽ peccasse. Incusare uero repræhendere mores alterius & plerũq; cum quærela: q̃ ab illo iniuria sis affectus. Accusare Incusare

Accusatio: uide. Veni in opinionem. Accusatio

Aceruus minutarum proprie rerum est congeries: ut frumenti: uel leguminis: uel salis. Interdum etiam aliquanto maiorum: ut aceruus scutorum: & fere generale ad omnia est. Strues autem proprie lignorum. Strages uero cadauerum interfectorum uno in loco multitudo siue humanorum siue mutorum. Sarcina uten/silium & eorum quæ ad cultum ad ornatum & cæterum usum p/tinẽt. Res etiam nostræ domi cistis capsisq; compositas sarcinas uocamus & sarcinulas. Aceruus Strues Strages Sarcina

Acicula acus dicitur: qua mulieres utuntur ad ornatum capitis. Tu uero lector aduerte aciculam esse quoq; piscem quendam tenuem ac longum: qui acus etiam dicitur. Acicula

182

Acinus
Bacca

Acinus inter & baccas hoc interesse puto: ꝙ acinꝰ inter fructꝰ minutiores arborum fructicum ue densius nascitur. Baccæ uero dispersius & rarius. Inter acinos enim numerantur uuæ grana hederæ grana sambuci tribuli: mali punici grana. Addo etiam morum & quicquid iis est simile. Inter baccas uero fructus lauri: fructus oliuæ: corni: loti: myrti: lentisci: similumqꝫ. Nonnunꝙ Acini & baccæ indifferenter ponuntur: ut Verg. Sanguineis æbuli baccis nimioqꝫ rubentem.

Acta
Gesta

Acta & gesta hoc differunt: ꝙ gesta sunt in administratione magistratus: & in rebus maioribus: & ad rempublicam uel ad plurimos spectantibus: ut gesta alexandri: gesta Pompei. gesta Cæsaris. Acta uero ēt rerum priuatarum: & minorum ac familiarium.

Actor
Orator

Actor dicitur orator: qui agit causam: quiqꝫ gestum uultus & corporis agit. Vnde tum ipsa pronunciatio: tuꝫ oratio quæ habetur tum oratio scripta: actio appellatur. Iteꝫ actor dicitur comœdus & Tragædus. i. istrio qui agit gestus in scæna: & partes comœdiæ actus dicuntur. Auctor est tanꝙ factor: hinc & poeta & quisqꝫ alicuius operis conditor auctor dicitur & ille qui fecit aliquod opꝰ: qui egit bellum: qui egit pacem: auctor est operis: auctor est belli: auctor est pacis.

Actus
Auctor

Actus
Actio

Actus & actio idem sunt: sicut Satus & satio: cultus & cultio: motus & motio: nisi ꝙ dicimus actionem causarum nō actum. Actū comœdiarum: non actionem.

Actum est

Actum est: semper in malam partem accipitur: ut actū est de rep. i. respublica extincta: desperata: perdita est.

Ad diem

Ad diem non uenit. uide diem.

Addicere
Addictus

Addicere est in auctione id est uenditione quæ publice fit uendere. Inde addicti apud ueteres dicebantur: qui prætoris pronunciatione ac iussu: cum soluendo non essent creditoribus uendebātur: & addictus morti destinatus dicitur. Cicero libro. iii. off. Etiā qui morti addictus esset: paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulasset.

Adeo

Adeo significat ualde: ut Teren. Iuuenem adeo nobilem: significat etiam intantum: sicut Vsqꝫ adeo. Vsqꝫ eo.

Adiectiua

Adiectiua magis infinitū siue actiuū siue passiuū postulāt. substātiua gerundiū genitiui casus: ut tu es dignus habere opes: & es dignus honorari. Tu es lætus me bene ualere: & tu es lætus me honorari. Tempus est gaudendi: locus est expostulandi: commoditas ē alloquēdi. Participia autē & multa adiectiua ab uerbis deri-

Participia

uata utranq; formam sibi uendicant. Sed participia iuncta infini/tis dicuntur seruare uim participiorum. Iuncta gerundio: uim nominum: ut Timens nauigare: & nauigandi. Cupiens discere & discendi. Doctus peritus promptus consuetus cantare: & cantandi. Timidus cupidus auidus nauigare & nauigandi.

Ad me spectat. i. ad me pertinet: ad mortem spectat. i. quasi respiciendo tendit. Cicero lib. iii. off. Si ad extremum ad perniciem patriæ res spectabit &c. Quinti. Et quod ad pessimum spectat euentum miserabilis sis oportet: ut amator esse uidearis. — Ad me spectat

Admoueo manum appono manum: amoueo manum. i. remoueo. Adorare ab oro qđ est ore præcor cōponit̄. Supplicare a plico φ genu poplitemq; aut ceruicem plicamus: quum a potentiore aliquo magnum quid præcamur. Et tamen adorare sine ore hoc est sine uoce fit: non sine plicatione genuum & gestu corporis: non sine ore ac uoce. Hinc est quare supplicare tantum homini datur. Supplicare sine præcatione genuum & gestu corporis. Adorare etiam mutis. Vnde Elephas & phœnix & alia quædam irrationabilia solem adorare dicuntur: nosq; rebus mutis & sensu carentibus non supplicamus: sed adorationis honorem exhibemus: ut regum statuis: signis: uestibus: literis: aliisq; similibus. Et præcipue imaginibus picturisq;: tum dei: tum sanctorum: tum ipsius etiam crucis: quam sapientes adorant: stulti etiam orant: Quod de cruce: item etiam de sudario dico: cæterisq; similibus. Idem de reliquiis sanctorum: quorum corpora præsentia adoramus: animas uero absentes oramus. Si quid autem ad hæc multa quæ uidemus dicimus: salutatione utimur: non præcatione. Quale est salue sancta crux. — Admoueo / Amoueo / Adorare / Supplicare

Adsum tria significat. Primum: præsens sum: ut adsum pugnæ: & in pugna. Secundum: faueo præsidioq; sum. Vergilius. Modo iupiter adsit. Tertium est aduenio. Vergilius. huc ades: o formose puer. — Adsum

Ad summam & in summa: idem est quod deniq; seu breuiter. Quintilianus. In summa non recedo: fas est mihi inuitis etiam parentibus pie facere. Cicero de offi. Ad summam ne agam de singulis. Quinti. in hunc sensum ut solet semel: ut ibi. Vt semel omnia complectar. In eundem sensum accipit breuiter: ut in geminis languentibus. Breuiter tamen crudelitas explicanda seuitia est. Ad summum uero refertur ad numerū. Cicero pro milone. Vnus aut ad summum duo inuenti sunt: qui milonis causam non probarent: idest non plures q̄ unus aut duo ex pluribus. — Ad summā / In summa / Ad summū

183

Ad tempus Ad tempus duobus modis sumitur. Vno ad conditionem tem/
poris: necessitatem: opportunitatem. Cicero pro Milone. Quam
ad tempus aptæ simulationes. Altero ad spatium temporis: ut si/
lebo ad annum: latebo ad tempus. i. usq; ad annum: et usq; ad tem
pus quoddam: uel in tempus: nam sæpe subintelligitur usq;.

Aduentare Ventitare Victitare Aduentare est proximum iam esse ueniendo. Ventitare uero est
frequenter uenire. Victitare autem significat non frequenter ui/
uere: sed uesci & quasi uictu uti: ut sarmatæ uictitant lacte.

Aduersor Auerso Aduersor tibi: sum tibi contrarius: auerso te significationem su/
mit a gestu: quotiens ab aliqua re quam detestamur: uultum a/
uertimus.

Aduersus Auersus Aduersus oppositus opposito pectore atq; obiecto: auersus terga
ostendens. Vnde illud tullianum: & aduersus & auersus impudi/
cus es.

Aduerto Auerto Aduerto oculos mentem ue aliquo. i. oculos mentem ue conuer
to: auerto oculos aut mentem. i. alicunde conuerto oculos aut
mentem.

Aduocatus Patrono Aduocatus & patronus sic differunt: q illud generalius nomen
est: q̃ hoc. Vt non tantum significet eum qui alterius causaʒ agit:
siquidem quicunq; adest alteri in causa officii gratia aduocatus
appellatur: etiam si nihil dicat: neq; agat: sed qui tantum paratus
sit defendere: ut Terentius in eunu. Tu abi atq; ostium obsera in
tus: dum ego hinc transcurro ad forum: uolo ego hic adesse no/
bis aduocatos in turba hac. Patronus autem proprie est qui agit
causam: sed accusati non accusantis: & patrocinari dicitur tam uer
bo q̃ facto. Est autem imbecilliorem protegere; a quo fit patro/
cinium. Patronus etiam dicitur respectu liberti.

Ad uotum Ex sentẽtia Ad uotum: & ex sententia aliquid habere: in eadem fere significa
tione dicitur licet illud uideatur affectus cuiusdam esse: hoc ratio
nis. Quint. habes ne uxorem ex animi sententia? Et alibi: & ad
omne uotum fluente fortuna lasciuit ocium.

Adulari Adulari est inseruire & captare: ut fauorem emereamur quo quo
modo: uel uoce: uel gestu. Tractum est a potudulos: quod est ser
Assentari uus. Et sane adulari seruile est: non liberale & ingenuũ. Assenta
ri uero est insidiose & conciliande alicuius utilitatis gratia effusi/
Blandiri us & plerumq; falso quempiã laudare. Blandiri autem ad tactũ
pertinet: & per abusionem ad alios sensus: non nunq̃ etiam ad a/
nimum. Quinti. Blandiar iudices paulisper calamitatibus meis.

Adulteriũ Adulterium: uti Papinianus inquit: proprie in nupta committi/

tur. Stuprum uero in uirgine uidua ue committitur. Hæc ille & plura. Tamen non rite iurisconsulti excipiunt stuprum a nupta. Cum etiam in quotidiano sermone sic loquamur. Vnde est apud Quinti. Vxor marito dixit appellatam se de stupro a priuigno. Item alibi. Quare ego ita sentio. Stuprū esse coitum le ge uetitum qui duplex est. Vnus cum nupta: aut cum puero: aut cuꝫ sanguine coniunctis: aut cum sanctimonialibus: quāq̄ hæc duo posteriora potius appellamus Incestum. Alter quum uim afferimus cuilibet personæ etiam ancillæ. Vnde stuprare dupliciter accipitur. Stuprum | Stuprum duplex

Aedes in plurali pro domo accipitur: in singulari nūq̄. In singulari uero & plurali pro templo. Dicem⁹ itaqꝫ pro templo: duas tres quattuor deorum ædes: duas sacras ædes: pro domo binas ternas quaternas quinas priuatas ædes. Aedes

Aediles a sacris ædibus dicti sunt: quibus curandis præpositi erant. Aediles

Aeditui ab ædibus sacris quas tenentur appellati sunt non a priuatis. Aeditui

Aedificare magis ad domos hominum spectat: q̄ deorum: nec domos tantum uerum etiam naues. Aedificare

Aeger pedibus: & pedibus ægris dicitur. Salustius. At ex altera parte. C. Antonius pedib⁹ æger in prælio adesse nequibat. Cicero Quintilianusqꝫ dixissent pedibus ægris. hæc Lau. Ego addam Valerium maximum lib. v. dixisse: pulsu uenarum competit cui⁹ morbi æger esset. Aeger

Aegrescit. i. ægrior fit. Vergilius de turno: cuius augebatur ægritudo ad latini salubria consilia: ægrescitqꝫ medendo. Aegresco

Aequalis: & æquabilis pro pari accipiuntur: ut in illo. sint pares in amore & æquales. Cicero. Nos ius æquabile ꝙ aliquid utilitatis haberet accæperat. Iterum. Et uox reducitur in sonum quendam æquabilem atqꝫ constantem. Aequalis etiam sæpe accipitur pro coætaneo siue coæuo. Vergilius. Aequalemqꝫ ab humo miserās attollit amicum. Aequalis | Aequabilis.

Aerarium repositorium æris. i. nummorum: similiumqꝫ rerum preciosarum atqꝫ opum. Aerarium

Aestimare est considerare. Existimare iudicare. Itaqꝫ prius rem æstimamus: deinde qualis sit existimamus. Cicero in uerrinis. Expendite hæc atqꝫ æstimate. Vnde dictum: æstimare pro taxare ab æs æris: & Timi græce quod est pretium latine. Aestimare | Existimare

164

Ouidius libro tertio de tristibus. Quod quicunq; leget: si quis leget: æstimet ante. Compositum quo sit tempore: quoq; loco.

Affatim — Affatim idem est q abunde.

Affectio — Affectio est animi & corporis ex tempore aliqua de causa mutatio: ut lætitia: cupiditas: metus: molestia: morbus: debilitas: & alia quæ in eodem genere reperiuntur.

Affectus — Affectus proprie apud nos dicitur quod græci uocant pathos: ponitur etiam sæpe affectus pro affectione.

Afficio — Afficio: uide facio tibi iniuriam.

Affore — Affore ut alia composita a fore: fere nuda ponũtur sine nomine & sine participio. Vergilius. Affore cernetis. Statius tamen libro. i. th. uidetur accipere pro significatione præsentis. Sensit manifesto numine ductos affore: quos nexis ambagib⁹ augur apollo portendi generos uultu fallente ferarum ediderat.

Defore / Confore / Profore — Defore Marcus Tullius: Verum arbitrabantur: non defore qui illam restituerent. Confore & Profore apud comicos. Horatius item. Quæ nocuere sequar: fugiam quæ profore credam id est profutura esse.

Age / Agite / Agedum / Agitedum — Age singularem numerum desiderat: agite pluralem. Agedum uero non singularem tantum: sed etiam pluralem: & in carmine & in prosa. Tu uero lector aduerte dici etiam agitedũ: sed in plurali semper. Liuius. li. vii. Agitedum ite mecum.

Agere & habere grãs / Referre siue reddere gratiam uel gratias / Ago grates — Agere gratias est uerbo. Habere gratias est animo: quũ memorem accepti beneficii mentem animumq; habeo & inuicẽ gratificandi uoluntatem. Referre siue reddere gratiã uel gratias: utrũq; enim dicitur: est facto & dicto. Nam dicendo non nunq̃ prosumus æque atq; faciẽdo. Dicim⁹ itẽ ago grates: sed sæpius apud poetas: qui necessitate uersus agere gratias dicere non possunt: Cicero libro sexto de rep. Aliquandoq; post inspexit ad *cælum*: & grates inquit tibi summe sol ago: uobisq; reliqui cælites.

Agere delectum — Agere delectum: uide Deligere.

Agere / Ferre / Portare — Agere ducere est. Vnde Caius inquit. Ferri proprie dicimus quæ quisq; corpore suo baiulat. Portari ea quæ quis iumento secum ducit. agi ea: quæ animalia sunt. In hoc ipse Caio assentior: ni q portare est etiam suo corpore iterdum etiam magis q̃ ferre. Therentius in and. quo puerum portas? Hora. Ne forte sub ala fasciculum portes librorum ut rusticus agnũ. Agere autem nõ uno modo dicitur. Sed de uno tamen non tacebo. Martialis. li. i. ep. Semper agis causas: & res agis attale semper. Est non est quod agas attale semper agis. Si res & causæ desunt: agis attale mulas.

Attale ne quid agas desit: agas animã. Cælius ad Ciceronẽ. Hortensius quum has literas scripsi animam agebat. i. expirabat.

Age uero: sane uero. Enĩ uero. Iã uero. at uero. dicitur. age autẽ Sane autem: Enim autem. Iam autem: at autem non dicitur. hæc Lau. Tu uero in nostra lima leges. Iam autem recte dici. Age uero

Agricolare. Optima res est agricolare recte dicitur: optima res est agricolandi: dicitur non recte quia sic illud resoluitur: agricolare est optima res: hoc resolui sic non potest: agricolandi est res optima. Agricolare

Aggregabo te illis: uulgo dicim⁹: & cicero ait aggregare te soleo in numerum nostrum. Aggregabo

Albani ex oppido alba ĩ latio. Albenses ex oppido alba ad lacũ fucinum: qui a quibusdam albani dicuntur. Albani Albenses

Aliquis. Quisquã. Quispiam. Vllus. idem significant. Vllus tamẽ quodammodo claudicat: nec fere citra negationẽ: quasi citra baculum ingredi potest: nisi interrogatiue: ut uocat me ullus? aut subiunctiue: ut si ullus me uocat. Nunq̃ plane: affirmatiue: sicut illa superiora. Aliquis Quisq̃ Quispiam Vllus

Alleuo: uide leuo. Alleuo

Alludere est: quũ aliud dicim⁹ ad aliud latẽter referre sententiam. Vt Virgilius. Actiaq; iliacis celebramus litora ludis. Dum. n. narrat ludos æneæ alludit ad augusti uictoriam: quam contra antoniũ in his locis potitus est. Alter de duobus dici: alius de multis notum est omnibus: licet non omnes recte utantur. Macrobius in sat. Cum igitur asseuerimus quattuor in corpore fieri digestiones: quarũ altera pendet ex altera: dicendum erat: quarum alia pendet ex alia. Plynius quoq; inquit de formicis. li. xi. Quam ex aduerso conuehunt altera alterius ignara. Quare dicam⁹ aliquãdo sic loqui esse permissum. E diuerso non nunq̃ de duobus dicimus alius: nec dicere alter possum⁹: ut dubitatur uter excellat. Salustius an liuius: & alius alium præponit: non autem alter alterũ. Aliquando accipitur alter pro secũdo ex duobus pluribus ue: ut unus alter tertius quartus. & hic est alter annus belli punici. i. secundus annus ab origine belli. Ego altero mense repudiaui uxorem. i. secundo mẽse a ductione uxoris. Alludere Alter Alius

Altilis auis. altilis piscis altilis quadrupes: qui sagina altus siue alitus est: atq; saginatus. Altilis

Aluearium tam & si potest dici locus ubi sũt aluei apum: tamen potius accipitur pro copia alueorum eodem in loco collocatorũ ac mellificantium. Aluearium

Amamus inter nos: amatis inter uos: amãt

185

inter se. Non autem amamus nos inter nos &c. Cicero ad fratrẽ. Pueri ualde inter se amant.

Amare
Diligere
Adamare

Amare plus est q̃ diligere. Cicero ad brutu𝔷. Sic igitur facies & me aut amabis: aut quo contentus sum diliges. Adamare est amatorie amare: ut Quint. Omnes mares liberos suos tanq̃ adamauerint amant.

Amator
Amicus

Amator in malam partem: amicus in bonam accipitur. Terentius. Here putaui hunc pamphilum amicum: amatorem uirum. Vbi ne putares amicum accipi in malam partem: adiecit amatorem. Sed apud prosam hoc obseruatu𝔷 semper inuenies: apud poetas fortasse non semper.

Amatoriu𝔷 genus

Amatorium genus ueneni amorem uel insaniam ingerentis.

Ambitio
Ambitus

Ambitio in animo est: ambitus in actu: nam qui præter modu𝔷 cupit: aut honores: aut laudem: ambitione peccat. Qui uero dilargitur pecuniam suam aut populo muneribus ludisq̧ blãditur: aut cæteris artibus: quæ legitime non sunt: ad publicos honores tendit ambitũ cõmittit. Cuiꝰ similis quã hodie simoniã uocant a simone mago: nisi ꝙ hanc tantum in rebus sacris uolunt esse.

Ambitus ab ambio uenit: illa autẽ omnia: quæ ambitꝰ facit: ambitio facere compellit: a qua ambitiosi dicuntur: non ab ambitu.

Animans substãtiuu𝔷

Animans generis ẽ fœminini: ut Cicero. Requirat atq̧ appetat Ad quas se applicet sui generis animãtes. In plurali tamen etiam neutri generis inuenitur: non nunquam in singulari.

Aĩaduerto
Punio

Animaduerto in te: est punio te: animaduerto te: id est intueor. Punire autem est quorũcunq̧ siue iure: siue iniuria. Animaduertere est eius qui in alterum habet potestatem ordine ac rite. i. cũ animaduersione punire. Sed hoc modo refertur ad personas: animaduerto uero te pro intueor: ad rem & ad personã referri põt.

Animosus & alia ĩ osus

Animosus. i. habens in se uehementiam ac copiam animi: sic ingeniosus seditiosus & similia in osus: a nomine descendentia.

An
Aut

An & aut coniunctiones sunt. Quint. inquit. Male tamen interroges: hic aut ille sit: sed pleriq̧ multis ia𝔷 sæculis peccauerunt ac peccant. Si diligentius aduertissent: non in aut sed in an interrogationem consistere depræhendissent: ut apud Ciceronem: An uero romulus ille: aut pastores: aut conuenas congregasse: aut sabinorum connubia coniunxisse: aut finitimorum uim repræssisse æloquentia uidetur. Non est hic multiplex interrogatio: qua si de horu𝔷 singulis interrogetur: sed duprex sic: nũquid romulus hæc omnia fecit æloquentia: an non fecit.

Anniculus

Anniculus puer: annicula puella: anniculum iumentu𝔷: hoc est

unius anni:sicut bimus bima bimum id est duorum annorũ. Tri mus trima trimum trium annorum: Quadrimus.a.um.quattuor annorum & non amplius. Nec de animalibus modo sed de inanimatis:ut anniculum uinum:bimum oleum. Bimus Trim⁹ Quadrim⁹

De pueris tamen magis loquimur per diminutiuũ bimul⁹. Trimulus quadrimulus:quia intra hos annos adhuc parui sunt.

Annona:uide penu. Annona

Annuus eodem modo dicimus:quo diurnus: spatium diurnũ: spatium annuum. Vnius diei. Vnius ue anni:annuus quoq; quo modo. Annuus Diurnus

Quotidianus:febris quotidiana est: quæ singulis diebus uenit.& annua sacra.i.quæ fiunt singulis annis. Quotidianus

Annuatim aduerbium est ab anno:quo plinius lib.ii. utitur: dicens herodoto teste.Qui tradit singula milia talentum annuatiũ thuris pensitasse arabes regibus persarum. Annuatim

Antehac.i.ante hoc tempus. posthac.i. post hoc tempus. Antehac Posthac

Ante lucem dicimus si diliculum significamus. Nanq; ante diẽ pro ante tempus dici solet. Vel ante sextum calendarum nouembrium id est sexto die ante calendas nouembris. Dies autem pro tempore semper est.f.g.ut ipsa dies facit hominem prudentem. Vnde pedianus uult fieri Dieculam pro paruo tempore. Ante lucẽ Ante diem

Antiqui senes uocantur quantum ad priuatam ipsorum uitam ꝙ usq; ad senilem ætatem uixerunt. Veteres quantum ad publicum tempus.ꝙ alia ætate uixerunt:etiam si ad senium non peruenerint. Vnde quidam minores fuerunt seniores ueteribus. Antiqui utriq; dicuntur:sed magis ueteres q̃ senes. Antiqui Veteres

Antoniaster & fuluiaster.i.ãtonii & fuluii imitator. In aster enĩ huiusmodi nomina imitationem potiusq̃ diminutionem significant.Surdaster autem & recaluaster diminutionem significant. Surdaster enim non plane surdus est:sed ut sic dicam surdulus.& Recaluaster qui fronte calua est non toto capite:quasi recaluatulus:quod est diminutiuum. Antõiaster & alia in aster

Apertile latus:quod apertum est.ouidius de trist. Aspicis a dextra latus hoc adapertile tauri.Tu tamen uideto in lima nostra. Apertilis

Apiastrum: Mentastrum:id est apium & mentam imitans : ea enim quæ faciunt in aster imitationem potius significant q̃ diminutionem:ut oleaster pinaster:imitans oleaũ & pinum. Videto tamen limam. Apiastrum Mentastrũ

Apparare:& p̃parare ita differũt:ꝙ p̃parare ẽ antea pare: quæ si Apparare Præparare

bi utilia sunt: aut fore credit. Apparare ad dignitatem quandam ac uerius pompam. Ideoq; oratores præparant quibus obtinere causam possunt: ac proemium apparatum reprehenditur: q; plus pompæ atq; ostentationis habet q̃ utilitatis habere uideatur. Apparatus autem uidetur significare utrunq;: ut apparatus belli: q̃si præparatio.

Apparatus

Appendere A ppendere idẽ est quod suspendere: ut appendi uuas. Item ad lancem statheram ue ponderare. Cicero in antonium: ut iam appendatur pecunia non numeretur. Perpendere est exacte ponderare atq; examinare. Ci. Quid in amicitia fieri oportet: quæ tota uirtute perpenditur. Expendere eiusdem fere significationis est. Idem in Verrem. Deinde hæc expendite atq; æstimate. Impendere autem ab impendeo est supra caput iamiam casurum pendere: ut nubes impendent.

perpendere

Impendere

Appeto A ppeto cum affectu. Expeto cũ ratione: appeto qualiacunq; Expeto honesta: planeq; bona inde deriuatur appetitus: qui immensa & immoderata cupiditas dicitur.

Appetitus

Apud A pud te: & penes te differunt. Vt ẽm Vulpianus ait. Penes te amplius est: q̃ apud te: nam apud te est: qualitercũq; a te tenetur. Penes te est: quod quodammodo possidetur. Nonnunq̃ etiam loco seruit. Cicero ad her. Sed penes scænam. i. apud scænam.

Penes

Aquatilis A quatile animal in aqua degens dicitur.

Aquosus A quosum quod habet in se uehementiam: ac copiam aquæ.

Aratõ: & nõmina in io A ratio non actionem modo: sed rem etiã ac corpus significat: sicuti omnia in io: a supinis profecta: ut possessio sessio. Cice. in philip. hæ quondam arationes campani & leontini agri populi ro. patrimonio grandi fere & fructuose ferebatur. i. hi agri ad arandum idonei. Idem in eisdem: quid possessiones datas quid ereptas proferam. Idem de oratore. Tot locis sessiones gymnasiorum. i. tot sedilia. Ea tamen quæ sunt. In us pro personis accipi solent. Conuentus enim non est conuentio: sed homines qui in unum locum conuenerunt. Consessus non est consessio: sed homines uno in loco considentes.

Noĩa in us

Conuentus

Consessus

Argẽtaria A rgentaria locus argentarii; quod nomen quidam pro artificio accipiunt.

Argentari⁹ A rgentarius aurifex: qui idẽ est artifex: atq; ita est ĩ hieremia. Titus autem liuius: Cicero: Quintilianus: cæteraq; omnis antiquitas pro his accipiunt: qui uulgo campsores dicuntur: non illos dico minutos qui Nummularii & Mensarii a nobis: Colyuistæ a græcis dicuntur qui iidem trapezitæ uocari possent: Nam Coly-

uiſtæ trapezas habent . ſed plautus in curculione Trapezitam &
argentarium pro eodem accipit.

Argutus qui eſt acuta quadam & accurata ſolertia quaſi acu/ Argutus
te arguens & ueſtigans:non autem ab altero acute intellectus &
ueſtigatus.

Armarium ubi reponuntur libri:cæteraqꝫ huiuſmodi. Armarium

Armentum:uide Grex. Armentum

Armamentarium ubi reponuntur armamenta & arma. Armamen/

Armiger eſt qui in prælio gerit tela domini ſui: ut ſcutum & tarium
arcum:ut lanceam & cætera huiuſmodi. Armiger

Arundinaceus ex materia arundinis. Arũdinace⁹

Aruum ſementi datur. Saluſtius. Quia numidæ pabulo peco/ Aruum
ris magis q̃ aruo ſtudent.

Aſciſcere eſt remotum aliquid quaſi ſcite uocatum capere. Ci/ Aſciſcere
cero de oratore . Expertes eſſe prudentiæ: quam ſibi aſciuerunt. Deſciſcere
Deſciſcere eſt ab imperio ductuqꝫ alterius ſe ſubtrahere:ut mili /
tes ab duce:populi ab domino. Conſciſcere fere ad mortem per/ Cõſciſcere
tinet:ut mortem ſibi ipſe conſciuit:

Aſcriptitius homo: qui ad aliquam rem aſcriptus eſt . Aſcribi Aſcribere
ſe in eam ciuitatem uoluit inquit Cicero pro archia Et pro eodẽ Aſcriptiti⁹
Cum fuerit in aliis quoqꝫ ciuitatibus aſcriptus. Ideꝫ in philip. Tu Aſcriptus
uero aſcribe me ĩ talem numerum. Idem pro rabirio. Si quis hũc
repræhendendum putat aſcribat ad iudicium ſuum : non modo
meam ſed huius etiam ipſius qui commiſit ſententiam. Item cõ/
tra rullum. Illum ſibi collegam aſcribes. Tibi hoc aſcribendum ẽ
id eſt tribuendum & imputandum.

Affectari.uide Deduco. Affectari

Aſſeuerare eſt inter ipſa argumenta probationeſqꝫ admiſcere Aſſeuerare
uim animi:motumqꝫ. Quod declarat Quintilianus:quum inquit
Altera ex aſſeueratiõe probatio eſt. Ego hoc feci tu hoc mihi di/
xiſti: & o facinus indignum. Et alibi. Cum præſertim quorundaꝫ
probatio ſola ſit in aſſeueratione & perſeuerantia.

Aſſidere:uide Sedere. Aſſidere

Aſſumere eſt multum & pene nimium ſibi tribuere. Cicero in Aſſumere
off . Si id mihi aſſumo:uideor id mihi meo iure quodammodo
uendicare.

Aſſurgunt ſani ut ſtent:aut ut obuiã eant: aſſurgunt ægroti ut Aſſurgere
ſedeant:aut ut cubito innitantur. Vt aduenienti magiſtratui om/
nes aſſurgimus.

Aſt pro at:oratores non utuntur. eſt enim poetarum. aſt nanqꝫ Aſt

187

longa est.

At — At adiungitur quomodo sed cum tamen; licet alterum eoru℥ sufficeret. Significat At nonnunq̃ idem quod saltem:ut in illo Virgiliano. At mesapus erit.

Atramentarium — Atramentarium uasculum quod continet atramentum.

Auctio — Auctio est uenditio quædam in̄ publico ac loco cælebri: & hinc

Auctionari — auctionari publice & fere sub hasta uendere.

Audiendus — Audiendus non est:idem est q̄ audiri non debet.

Audio Exaudio — Audio & exaudio indifferenter ponuntur;pro duplici significatione. Vna pro eo quod est auribus accipio. Altera pro eo quod est audita petenti concedo:ut uisa sum audire uocem militis. Et uox quoq; per lucos uulgo exaudita silentes. Item audiit & cæli genitor de parte sinistra Intonuit leuum. Et nulli exaudita deorum Vota precesq; meæ.

Auditoriu℥ — Auditorium locus ubi audimus præceptore℥ aut orantem nõ in uera causa:siue opus nouum recitantem aut si quid simile est: uel ipsa turba atq; ipse cœtus auditorum.

Audiui te — Audiui te ut cæteros affuisse in prælio.i.audiui te affuisse in p̄lio:ut audiui cæteros affuisse. Audiui uero te affuisse in prælio ut cæteri:subintelligitur audierunt.

Auis Volucris — Auis est:quæ oua parit: pennisq; est prædita præter unum uespertilionem qui utroq; caret: quattuorq; pedes habet. Volucris est quæcunq; uolat:nec auis solum,sed illæ bestiolæ quoq; minutiores:ut apes uespa culex musca cicada &c.

Auricula — Auricula chartilago illa est circa aurium concauitatem.

Ausculto — Ausculto te:audio te:ausculto tibi optempero tibi. Sũ audiens te q̄ te audio. Sum audiens tibi:q̄ tibi obedio.

Auspex Pronuba — Auspex dicebatur:qui p̄erat nuptiis cælebrandis:qui auspiciu℥ pro nuptiis capere solebat adhibebaturq; hic ꝑ parte mariti. Pronuba uero quæ præerat nuptiis cælebrandis pro uxore. Aliquando etia℥ magis proprie pro eo qui dux militiæ ẽ:ut primo car. horatius. Nil desperandum teucro duce & auspice teucro.

Auspicium Auspicari — Auspicium est uel a pastu auium:uel ab inspectione auiũ. Sed quia consul anteaq̃ iret in expeditionem capiebat auspicium:hic factum est ut dicam⁹ auspicia ducũ atq; principum:quæ a solo duce capiantur:& hinc auspicari nõ modo auspiciũ capere:sed etiam incipere: nec in bonam tantum partem quod frequentissimum est:uerum in malam quoq;:ut apud pli. At homo infœliciter natus manibus pedibusq; deuinctis: animal cæteris imperaturum a suppliciis uitam auspicatur. Dicimus præterea haud auspicato

me huc attuli:id est non fœliciter:quasi auſpiciis repugnantibus. Auſpicatus
Item inauſpicata bella id est īfœlicia. auſpicata uero fœlicia. Quī Inauſpicat⁊
tilianus de achile. Aut principem græciæ uirum in ultionem in/
terfecti amici ī auſpicata bella geſſiſſe. Et alibi. Itaq; ut apud illos
homerus: ſic apud nos Vergilius auſpicatiſſimum dederit exor/
dium.

Autem:uide uero — Autem

Autorare:uide in lima. — Autorare

Auxiliū do:feroq; dicimus. Opem do non dicimus ſed fero. — Auxiliū do

Axilla diminutiuum eſt ab ala: ſicut maxilla a mala. — Axilla

De litera. B.


Baculus diminutiuum habet bacillum. Cicero libro ſecūdo de finibus Bacillum aliud inflexum aliud ita natum. Reperitur tamen primitiuum & in neutro: ut apud Ouid. li. xv. met. Eſſe ſolet baculumq; tenēs agreſtæ ſiniſtra. — Baculus Bacillum

Baccæ & acini quo differunt uide acinos. — Baccæ

Beatus qui rebus omnibus ad uitæ uſum ornatumq; ſpectantibus abundat. itaq; locupletes ſane hōīes beatos uocamus. Fœlices omnium bonorum compotes ſunt. — Beatus Fœlix

Bellum eſt tum ipſa pugna:tum totum tempus quo in militia ſumus quā illiterati guerram uocant. Prælium ipſum tantūmodo armorum certamen. Nam & pugna certamenq; etiam citra arma fit. Interdum etiam nudis uerbis. — Bellum Prælium

Bene mecum agitur:idē eſt quod in bona cōditione ſū. Idem præclare tecum agitur. Optime cū illis agitur. Melius cū hominibus ageretur ſi paruo contenti eſſent. Ita male mecū agitur: ac peius incommodiuſue:& peſſime. Nonnunq̄ etiā actiue. Valeri⁊ maximus li. v. Bene egiſſent athenienſes: cū miltiade &c. Actū eſt ſemper in malam partem accipitur: ut actum eſt de rep. i. reſpublica extincta deſperata perdita eſt. — Bene mecū agitur — Male mecū agitur — Actum eſt

Bene habeo:bene habes: id eſt bene ualeo: bene uales. — Bene hēo

Bene nōnunq̄ ꝓ ualde: ut cicero hētis orōēs bene lōgā. Quintilianus. Bene ſudantes: beneq; comitati per forum reducuntur. — Bene pro ualde

Beneficiarius qui beneficium accepit. — Beneficiarius

Benedico unius uocis datiuum poſtulat: ſicut Maledico: more tamen græcorum hoc tempore præter naturam ſuam dedim⁊ his uerbis accuſatiuum. — Benedico Maledico

Benedico autē duarum uocū & aliud ſignificat: & aliter regit.

Betaceus — Betaceus ex materia betæ.

Bimus — Bimus bima bimum idest duorũ annorum. Vide Anniculus i

Bonus / Bonitas — Bonum generale nomen est: honesta pariter atq; utilia cóple/ctens: ut bonum animi: bonum corporis: bonum fortunæ. Boni/tas uero non ut multi opinantur idem utiq; quod bonum hone stum: sed idem quod benignitas: a primo fit bonus uir: bonus ser uus: bonus iudex. i. iustus & exequens officii sui. ab hoc bonus pa ter: bonus dominus: bonus deus: bonus æneas: hoc est benignus & clæmens.

Bucca — Buccam & buccas pro eodem accipimus. Oratores frequenti/us in singulari. Vnde illud usitatum: dicam quicquid in buccam uenerit: idest in os: sed non labra: ut uulgus existimat. Quintilia/no probante: quia ait. Ore enim magis q̃ labris loquendum est.

Os — Os autem est ipsa concauitas unde uox prodit: non oram labro/rum. Etenim iuuenalis quum ait: bucca foculum excitat: non de extremitate oris: sed inferiori parte dixit: quæ inflari solet uen/tumq; concipere. Et iterum de Tubícinibus loquens. Notæq; p oppida buccæ: de illa informi utrinq; inflatione intellexit tubam inflantium: non de labris quæ latent: quum tuba canit. Nam ho ratius quoq; quum inquit. Vt iupiter ambas inflatus buccas: non de labris locutus est quæ inflari non possunt. Quod plautus aper tius docet. Nescias utrum maiores buccæ an mammæ fient. Et plinius inquit. Buccarum sinus. Item buccarum immanitas.

Burdo — Burdo: uide Mulus.

Blandiri — Blandiri: uide adulari.

Bractea / Lamina — Bractea tenuis est & sua sponte plicabilis: ut ex auro: argento: aurichalco. Lamina uero crassior est: tam ferrea tam ærea plum/bea: stagnea q̃ aurea argentea: electrea: aurichalcea: nec crepitat ut bractea præ tenuitate. Interdum tamen ita tenuis est bractea ut crepitare non possit: ut illa ex qua fit aureatura. Hæc lau. Tu uero inde etiam in lima nostra.

De littera. C.

Celebs / Celibatus — A elebs non tam qui caruit semper uxore: q̃ qui nunc ca/ret: & inde cælibatus.

Calamarius — Calamarium quidam usurpant pró theca calamaria: in qua calami reconduntur. Sed quia hoc tempore pleriq; pen/na scribunt: potest etiam dici pennarium nisi malímus appellare thecam pennariam: ut thecam calamariam: & thecam griphiari/am.

Calcaria — Calcaria ubi calx coquitur.

Calcearium pro calceis:ut cibaria pro cibis. Calcearius
Calet idem quod calidus est. Cibaria

Calescens pro calefiens: q̃q̃ ne in simplici quidem suo reperi/tur fiens nec quod ab hoc formaretur fiendum. Calet Calescẽs

Calumniari est falsa crimina intendere. Præuaricari uero uera crimina abscondere. Tergiuersari in uniuersum ab accusatione desistere. Ita martianus scribit. Quia ait accusatorum temeritas tribus modis detegitur & tribus pœnis subiicitur: aut enim ca/lumniatur:aut præuaricatur:aut tergiuersatur. Calumniari est &c. ut supra. Calũniari Preuaricari Tergiuersa/ri

Cameli significatio non modo ad marem fœminamq; perti/net:ut passer:ut aquila: sed cum genere fœminino non nunq̃ iun gi inuenitur camellos fœtas:quale est bos:ut apud Verg. Ille me as errare boues. Camelus

Camparius custos exercitor ue campi.

Campus est planicies terræ ampla & grandis: ideoq; spatiose plateæ:areæ ue campi nomen acceperunt. Vnde romæ campus martius. Nam locus huiusmodi angustior uocatur area. Cãparius Cãpus

Candet ignitum est inquit Nonius. M. Tullius de offi. Can/dente carbone adurebat capillum. Candet candidum est. Verg. lib.iiii.æn. Candentis uaccæ media inter cornua fudit. Cãdet

Capere significat uel sponte:uel non sponte accipere. Sumere tantum sponte. Capere Sumere

Capesso eo ad capiendum:uel capio. Capesso

Capio spem de te. Concipio de illo spem. Ducor in spem hu/ius negocii. Vocor in spem. Ingredior in spem. Non tantum spei firmitatem significat: q̃tum colloco in te spem: & repono in te spem. Cice. in quo maiores natu spem dignitati suæ collocarent. Quin. In quo spem unicam senectutis reponebam. De capio ui/de etiam captus sum. Capio spẽ &c.

Capitale odium:quod caput & uitam petit alterius. Item capi/tale suppliciu3: capitalis morbus:qui caput alterius petit. Capita/lis autem homo:capitale uitium:capitale peccatum non q̄ petat alterius caput:sed cuius caput: aut propter quod caput commit/tentis peti debeat ad pœnam. Capitalis

Captus sũ oculis:pro orbatus sũ oculis:nec unq̃ repias nisi ĩ paſ siuo:& nũq̃ fere nisi de oculis dici similibusq;. Dicim⁹ itẽ capt⁹ su3 amœnitate loci:dulcedine uocis:specie mulieris: amore pecunia ru3:spe bonoru3 magnitudine sublimitateq; materiæ. captus sum delectatiõe & cæpi delectatione3: uix unq̃ delectatio cæpit me: Captus sũ

189

ſed in paſſiuo potius: ut dictū eſt. Dicitur præterea miſericordia cæpit deos non dii miſericordiā. capio dolorē tamē potius q̄ cæpit me dolor: non quia non poſſumus etiā ſic dicere: ſed quia habemus aliū in uſu modū magis propriū. Tenet me dolor: ſicut tenet deſideriū. Itē cæpi indignationē cæpi ſiue contraxi moleſtiā potius q̄ cæpit me indignatio: cæpit me moleſtia. Contra cæpit me tediū: cæpit me odiū: cæpit me obliuio: potius q̄ retrorſuꝫ. Recte autē dicitur cæpi uoluptatē: & cæpit me uoluptas.

Caprarius — Caprarius cuſtos caprarū.

Caritas, Amor, Caritas, Penuria — Caritas ſpecies eſt. Amor genus. Amor ad omnia pertinens: charitas ad homines. Maxima quidē charitas debetur parentibꝰ: proxima filiis & deinceps reliquis. Caritatē etiā pro penuria accipimus: ſed frumenti quidē & annone caritatē dicimus. Penuriā uero uini: aquæ pabuli: pecorū: uirorū: cæterarūq; huiuſmodi reruꝫ. Vel penuria eſt: ut ſic dicā: carentia omniū rerū: charitas uero quæ contraria eſt fertilitati. Ideo Plinius iunior ait. Acceſſiſſe agris ſuburbanis caritatē.

Carnarium — Carnariū non locus eſt ubi caro ſalſa ſuſpenditur: ſed caro ipſa: niſi contentū pro continente.

Carptim — Carptī hinc & hinc decerpendo: non ipſaꝫ ſeriē ſequendo.

Catuli, Pulli, Fœtus, Fetificare, Fetura — Catuli ſunt ferarū: ſiue immaniū ſiue mitiū. Nā & catulos muriū legimus. Pulli uero pecudum. Fœtus auiū & piſciū: q̄q̄ & hoc generalius nomen eſt. Vnde fœtificare pro parere: & fœtura pro partu ad omnia animalia muta pertinet. Ceruorum hinnulos dicimus: capreolorum: caprearum damarum leporum ſimiliumq;. Catulos quoq; ſerpentium immaniumq; piſcium qui non edunt oua: proprie tamen catuli ſunt filioli canum. Vergilius. Sic canibus catulos ſimiles. Cicero de diui. Erat autem mortuus catellus hoc nomine.

Cateruatim — Caternatim per diuerſas cateruas.

Caue — Caue ne: uide negationes.

Cauillatio — Cauillatio eſt ſubdola ratio: quam nos conſcii nobis mendacii uincendiq; tamen cauſa proferimus. In hunc ſenſum ſemper iuriſconſulti niſi ſunt: & Quintiliani fere ſæculuꝫ. Cicero autem pro genere quodam facetiarum cæterum caſus ſentire uidetur idem eſſe calumpniari & cauillari: quod nō ſentit Martianus tātum accuſatori tribuens calumniari: quum ait calumniari eſt falſa crimina intendere.

Caupona — Caupona cauponis taberna: & ea quæ uinum uenditat. Quidā malūt dicere coponā pro loco.

Causa mea uenisti: & causa mei. Vide mei. Causa mea & mei

Causari est causam rei gestæ afferre: aliquando pene quod ex/cuso. Ver. Causando nostros in longum ducis amores. i. causas afferendo. Vlpianus. Ne quis causari possit ignorantiam literarũ. Et alibi. causari tempestatem uel uim fluminum. Vbi liceat dice/re excusare ignorantiam literarum: & excusare tempestatem & uim fluminum. Causari

Cautus qui scit sibi cauere non cui cauetur: nonnunq̃ res cui cauetur. Vt pro cecinna cicero. Quo res mulieri esset cautior. Cautus

Cædicula: a cædes diminutiuum est. Cædicula

Cedo tibi: unde & concedo tibi: pro non repugno tibi. facitq; præteritum cessi: cædo te pro flagello te cuius præteritum est cæ/cidi pro flagellaui & supinum cæsum. Vnde cæsus uel qui flagellatus: uel qui amputatus est siue occisus. Raro pro occido hoc uer/bum accipitur. Cicero in philip. cædit greges armentorum. Cedo Concedo

Celebris semper passiue ponitur: tam ad rem q̃ ad personam relatum: ut locus celebris q celebratur. Homo celebris q cum honore celebratur & colitur: propter quod in hac ducor opinionem ut locus celebris proprie sit honoratorum frequentia cult⁹: quod ex uocabulo hinc deducto probatur: quod est celebritas: quæ tum hominum cœtum honoratum declarat: tum dignatio/nem ipsam atq; honorem. Non ita autem frequens neq; frequentia: quo nomine qualiscumq; hominum multitudo significatur: de quo latius in dictione frequens. Celebris Frequens

Cælo te hanc rem. Et cælo te de hac re. Cælo

Censor qui censuram gerit. Censor

Cẽsorius denomĩatiuũ est a censor: idest qui cẽsurã gessit. Censorius

Centenarius lapis: idest centum librarũ: centenarius hõ q ha/beat cẽtũ ãnos: grex cẽtenarius idest cẽtũ capitũ. Dicimus tamen cẽtenarium numerũ librarũ: ãnorũ simi liũq;. Ideo recte dicimus cẽtenariu; numerũ ãnorum ingressus est. Nõ autem cẽtenarium annum. Item septenarium: duodenarium: milledenariũ numerũ annorum & similia. Centenari⁹

Cerebrosus a peruerso cerebro uocatur. Vnde oratius. Donec cerebrosus prosilit unus: idest insanus & peruersi cerebri. Cerebrosus

Certamen etiam circa arma fit: interdum etiam nudis uerbis. Sic etiam pugna. Certamen Pugna

Certe modo affirmat: modo pro saltem accipitur: ut non potero tangere: certe potero uidere uel. At certe. Præterea certe coniuncta cum coniunctione. Et semper affirmat: ut Cicero. Certe

190

Et certe contra cæsarem est ingressus armatus. Certe coniuncta cum scio similibusq; uerbis solet mutare e in o: ut certo scio: sicut dicim⁹ manifesto pro manifeste. Aperto pro aperte. liquido pro liquide. Tuto pro tute: & similia.

Certum est — Certum est: non modo pro manifestum est: sed etiam pro deliberatum & constitutum est. In quo secundo plerūq; adiungitur datiuus cum infinito: ut certum est mihi ire in hispaniam. Non nunq̄ datiuus subintelligitur: ut apud Verg. Certum est in siluis inter spelunca ferarum malle pati: id est mihi.

Ceruix, Iugulus, Collum — Ceruix postetior colli pars: unde origo est omnibus neruis Iugulus anterior: unde uox habitusq; procedit. Collum omnes partes insolidum complectitur. Et quoniam nerui qui corpus erectum ridigidumq; faciunt in ceruice sunt collocati: dicimus hominem dure ceruicis: quasi indomabilem more ferocium bou̅.

Cæsim — Cæsim per incisiones gladii: siue incidendo.

Cibaria — Cibaria pro cibis.

Cicercula — Cicercula nomen leguminis: est autem a cicer.

Cicum — Cicum uide pecus.

Cicures — Cicures: uide pecus.

Cicurare — Cicurare: uide pecus.

Cilium, Supcilium — Cilium antiqui extremæ ambitum genæ superioris uocauerūt Vnde supercilia: quod Plinius scribit.

Circunspectus — Circunspectus est: non qui circunspicitur: quem solemus appellare conspicuum: sed qui circunspicit: & in omnem partē spectat: hoc est prudens & sagax.

Circunsto, Circūsisto — Circunsto & circunsisto: utrumq; facit circunsteti: sed primum pro circundo: alterum pro inuado & irruo: & quasi terrificatione Aggredior. Verg. Circunstat animæ dextra leuaq; frequentes. Idem. At fessi tandem ciues infanda furentes armatī circunsistūt Et alibi. at me tum primum sæuus circunstetit horror. Nōnunq̄ etiaʒ ut circunsto accipitur: ut cæsar in com. Et mercatores in oppidis uulgus circunsistit.

Citra — Citra pro sine aliquando: ut quum dicimus: plus usus sine doctrina: q̄ citra usum doctrina ualet.

Coctilis & alia in tilis: silis & ī xilis — Coctiles lateres qui cocti sūt: & non crudi. Nomina enim quæ exeunt in tilis: uel in silis: uel in xilis: simillimā suis participiis unde nascuntur significationem habent: ut uas fictile: quod fictum est a figulo: non quod fingi potest.

Cœnaculuʒ, Cœnatio — Cœnaculū loc⁹ ad cœnandū in loco supiori. Cœnatio loc⁹ ad cœnandū sed in imo poti⁹. Verumtamen cœnaculum non tam

pro loco cœnandi: q̄ pro parte domus superiore accipitur: quæ frequenter hospitibus ad habitandum locari solet: qui totam domuȝ conducere non possunt. Et parte inferiore siue illa taberna: siue officina sit non habent opus: cuius rei proferrem exempla: nisi abunde Varro sufficeret dicens. Vbi cœnabant: cœnaculum uocitabant postq̄ in superiore parte cœnitare cœperunt: superioris domus uniuersa cœnacula dicta: postq̄ ubi cœnabant plura facere cæperunt.

Cœpit euȝ pœnitere: posset te pigere. Desinet me tedere sæpius dicimus: q̄ cæpit ille pœnitere: posses pigere: desinam tedere. Cogito & excogito diuersa sunt: ante enim est cogitare: deinde excogitare: licet non quicumq; cogitat statim & etiam excogitat. Vide plura in uerbo excogitare. — cœpit eū pœnitere &c. Cogito Excogito

Colliberti: collibertæq; dicimus: quēadmodum conserui conseruæq;: q͞p ii plures sub umbra unius patroni sunt: sicut illi sub imperio unius domini. Non autem dicimus collibertini: aut coingenii. Ad nullam enim alteram priuatam personam plures horum referri possunt. De libertis uero & libertinis latius in dictione libertinus uideto. — Colliber.ti. & tæ. Conserui. & me. Non collibertini āt coingenui.

Collis est ut ita dicā monticulus: siue per se & a monte separatus. Siue pars montis. Iugum ut ita etiam dicam ipsa arduitas mōtis: & procliuis ac prona supinitas: cui similis est ī colle. Cliuus tamen mollis magis & clæmens: ut cliuus capitolinus: cliuus montis auentini. Promontorium mons est in mari prominens. — Collis Iugum Cliuus Promontorium

Colyuistæ a græcis dicūtur: qui idem Trapezitæ uocari possent. Nam colyuistæ trapezas habent. A nobis nummularii & mensarii qui a græcis colyuistæ dicuntur. Colibos nummus dicitur. Inde colybistes nummularius. Videto tamen plura in dictione argentarius. — Colyuistæ Colibos Colibistes

Colurnꝰ pro materiato dicitur illiꝰ arboris: quæ corylus dicit̄. Comes comiti raro dicitur. Socius socio dicitur. Namq; socius est par: comes uero minor: quippe qui sequitur & ducem habet: est item comes qui utcunq; sequitur alterius dictum. Socius uero plerumq; in negociis feriisq; rebus & fortunæ arbitrio subiectis. Sodalis autem proprie est in rebus leuioribus ac sæpe uoluptuosis. M. Tullius. Epulabar modice cum sodalibus. Sodalitates enim me quæstore sunt institutæ. Caius autem sodales inquit: qui eiusdem collegii sunt. A quo nō sane discordat apud. M. Tullium Antonius: quum Norbanum quæstorem suum appellat sodalem. — Colurnus Comes Socius Sodalis

191

Comis
Comitari
Commeat?

Comis est benignus homo & facilis: q aliis non grauate inseruit.
Comitari minorum potus est erga maiores.

Commeatus in singulari tantum est pro facultate ad tempus a militia ab alioue ministerio recedendi: quam præbet militi imperator: præpositus ue inferiori: eundiq; quo uelit: ad præscriptũ diem reuersuro. Licet Liuius lib. xxxiii. ait. Magna pars sine commeatibus delabebatur. In utroq; autem numero pro cibariis ad alimoniam reip. aut exercitus: aut alicuius multitudinis: interdu; etiam priuatim. Cicero pro lege Manilia. Iam commeatu & priuato & publico prohibemur.

Commẽdo

Commẽdo te regi. i. cõmitto: cõmendo te apud regẽ. i. laudo.

Commẽtarii

Commentarii omnes sunt libri: sed non continuo libri commentarii. Namq; ubi res sunt late diffuseq; explicate & non breuius q̃ poterant tractatæ libri tantu; sunt: non commentarii. Unde Cæsaris commentarii: in quibus ad exequendam historiam aliis uidetur subiecisse materiam.

Commentarii nomen

Cõmentarii nomen quid significet tertio declinationu; librõ Seneca declarat: quum dicit. Sine commentario nunq̃ dixit: nec commentario contentus erat: in quo nudæ res ponuntur. Et Cicero in Bruto. Non est oratio sed capita rerum & orationis commentarium paulo plenius. Dicitur autem commentarius & commentarium. Commentarii & commentaria in alia etiam significatione: quæ est ut sentio expositio & interpretatio autorum. Quidam quoq; talia huiusmodi opera commentum uocauerunt; ut Nigidius: Donatus: Priscianus: aliiq; nonnulli.

Cõmẽtitia Oratio

Cõmentitia ratio quæ ad tempus commenta & excogitata est.

Cõmigrare
Emigrare
Demigrare
Migrare
Remigrare
Trãsmigrare
Immigrare

Commigrare: emigrare demigrare similia sunt huic uerbo migrare quod est domicilium mutare: & alio se ad habitandum cõferre relicta priore habitatione. Remigrare autem reuerti in pristinum domicilium. Transmigrare in longinquiorem locum domicilium habitationem ue mutare. Immigrare in domũ aliquã habitandi gratia ire. Ea propter homines qui moriuntur migrare dicuntur. Etenim qui moriuntur tanq̃ domicilium corporis relinquentes alio ad habitandum duntaxat anima se transferũt. Tunc aut cum apposito rectius q̃ sine apposito utemur: ut apud Ciceronem lib. vi. de rep. Anteq̃ ex hac uita migro: & Quinti in corpore proiecto. Seu quum ad infernas sedes anima migrauit. Contraq; nequaq̃ milites quum castra mouent: aut de statione munitionibus ue discedunt: migrare dicuntur: utpote ubi domicilium non habuerunt nec in domicilium se conferunt. Decede-

Decedere

re autem quid sit uide in litera. D.

Committo sequente ut uel simili dictione: semper in malam partem accipitur. Vnde Cicero ait. Non committas ut dicendu sit non putaram. Quintilianus quoq. Non committam ut illa du bia faciam defensionis sollicitudine. Et alibi. Nihil tibi minus committendum q̃ ut ulciscaris hoc flagitium. Nec recte dicas fac committas ut omnes te laudent. aut sic: non commisisti unq̃ ut lauderis: propterea semper habet secum negationem. Committo

Commodatarius qui non commodatum accepit: passiue em̃ accipitur: ut legatarius qui legatum accepit. Cōmodatarius Legatarius

Commune est hoc omnibus & omnium. Vel commune mihi tecum & cum cæteris. Commune

Comparo hanc rem illi: & cũ illa: confero isti & cum isto. Præterea hic non est cũ illo comparandus: melius de minore ad maiorem dicitur: ut Verg. cum Homero. Horatius cum Pindaro nõ est comparandus: q̃ e diuerso. Sic Homerus cũ Vergilio. Pindarus cum Horatio non est comparandus: e diuerso tamen non nunq̃ reperitur. Comparo Cōfero

Comparatiui natura est superare ĩ ea qualitate quã obtinet positiuus: ut Antiquior te ego sum. i. maior te natus sum. Comparatiui natura

Comparatiuum resolui per magis & positiuum: Priscianus uoluit. Sed per cætera quoq resoluitur quæ eundem usum præstant ut fortior plus fortis: uehementius fortis: ualidius fortis & quæ sunt eiusmodi. Comparatiuus resoluitur

Comparatio fit uel ab unum uel ad plures tam sui generis q̃ alieni: q̃uis græci honoris causa sue gentis magis q̃ ratione ueritatis dicunt non posse ad multos sui generis fieri comparationem. Alii autem dicunt hanc esse rationem propter quã non utuntur tali comparatione: q quum ad plures sui generis fit comparatio superlatiuo possumus uti: ut fortissimus græcorum Achilles. Sed superlatiuus multo alios excellere significat. Comparatiuus uero potest & paruo superantem demonstrare. Vnde etiam diminutionem iure accepit apud nos: Maiusculus: minusculus. hæc priscianus. A quo tam pro græcis q̃ pro latinis dissentio. Nam quæro a priscia. quonammodo græci distinguerent sensum comparatiui a sensu superlatiui: cum ipsi comparatiuo quoq genitiuũ tribuant: nisi hac ratione: ut hoc ad unũ. Illud referat ad plura? Loquor quotiẽs cõparatio fit ad eos: qui sũt eiusdem gñis. Nam ad eos: qui sũt alieni: necessario quoq utũtur gtõ p comparatiuum cum ablatiuo careãt. Cũ dico compatiõem more Prisciani: tam Comparatõ ĩter quot fiat

ſupellatiui q̃ comparatiui intelligi uolo. At qui apud latinos iſta ambiguitas nõ eſt: qui cõparatiuo ablatiuũ tribuimus. Tamẽ tan ti momenti eſt illa græcorũ ratio: ut eam latini ad formaʒ græce conſtructionis imitati ſint. hoc eſt ut cũ genitiuo iungerent com paratiuum: utiq; inter duo: Nam ſuperlatiuũ non dubium eſt ha/ bere locum inter plura. Vt aiacum fortior fuit thelamonius. Et manuũ melior eſt dextra: ſi uero tres aiaces fuiſſent: dicerem⁹ nõ fortior: ſed fortiſſimus: ſicut digitorum longiſſimus nõ longior medius. Horatius. O maior Iuuenum inquit. ad duos enim piſo/ nes filios: patremq; ſcribebat. Ouidius In perſona Medeæ: quæ duos filios habuit: Cum minor e pueris iuſſu ſtudioq; uidẽdi. Cõ ſtitit ad geminæ limina prima foris.

Cõparatiuo quomodo utendũ ſit

Comparatiuo utendum eſt ad unum ſui generis: ad plures ſuper/ latiuo: ita apud nos ut apud græcos: qui etiã ad plures diuerſi ge/ neris cõparatiuo utuntur: uti & nos. Vt aiacum fortior fuit thela monius. Ego ſum doctiſſimus romanorum. Et Achilles troianis fortior fuit. Hæc Lau. Tu uero ĩ lima leges comparatiuo latinos uſos etiam ad plures ſui generis.

Cõparatiuo & ſuplatiuo quæ dictio/ nes iũgant

Cõparatiuo & ſuplatiuo: iũgit etiã ĩter & ex. Quint. Qui; inter nos ut apparet: fortior fuit. Et ĩ geminis: dii ꝓhibeãt: ut ex duob⁹ filiis uilior incipiat eẽ peritur⁹: ſic etiã de ſuperlatiuo legitur.

Cõpertuʒ ẽ

Compertũ ẽ mihi: & exploratũ eſt mihi idẽ eſt: qđ ſcio ꝑ inue ſtigationẽ. Similiter cõperi & exploraui: conſtitutũ eſt mihi deli/ beratũ eſt mihi. Decretũ eſt mihi: idẽ quod apud me cogitando firmatum eſt. Similiter conſtitui & decreui. At non ita delibe/ raui: poſſum nanq; deliberaſſe: & nihil cõſtituiſſe. Itaq; differt an dicamus ſenatus deliberauit: an ſenatui deliberatum eſt: id eſt de creuit. Exploraui tamen pro inueni fere accipitur. cum exploro idem eſt q̄ inquiro ſagaciter. Vnde exploratores.

Cõplacitus

Complacit⁹ ab actiua uoce: ſicut fluxus uenit: habetq; ſignifi/ cationem nec actiuam plane: nec paſſiuam ſicut fluxus.

Cõplodere Supploder Explodere

Complodere eſt aduerſas man⁹ inuicẽ collidere. Quod fieri plurib⁹ de cauſis ſolet: uel ad teſtificandũ more fœminarũ dolo rem: uel ꝓ gaudio: uel per ſubitã admirationẽ: uel ſiquæ ſunt aliæ cauſæ. Supplodere eſt pedem terræ incutere: quod interdũ ſolet in oratore laudari. Explaudo nõ tantũ ſignificat eiicio: ſed eiicio manibus: & quidem cum ſono pulſantibus. Qualiter quempiam e domo e theatro: ex aliquo cõcilio iniectione manuum atq; pul ſatione eiicimus. M. Tullius Hiſtrio ſi paulũ ſe moueat extra nu/ merum: aut ſi uerſus pronũciatus eſt una ſyllaba bræuior: aut lõ/

gior exibilatur:& exploditur.

Compluta:uide in dictione plura. Cõplura

Compos uoti:uide in potior. Compos

Concio ẽ populi multitudo cõgregata:uel ex mgr̃at⁹ iussu: uľ publici sacerdotis:uel sua interdum auctoritate & sponte proprie ad audiendum oratorem concionantem in bonũ publicum:cuius etiam oratio uocatur concio : in priore significato est græce ecclesia:quam nos pro latina uoce habemus. Multiq; ecclesiam nescio quo iure ædes sacras appellant:cum cœtum hominum:sicut dixi significet nõ loca:hæc Lau. Tu uero uideas limã nostrã. Concio

Conciliamus amorem nobis alicuius:conciliamus beniuolentiam. Non autem conciliamus gratiã. Rursus inimus gratiaʒ.nõ autem inimus amorem aut beniuolentiaʒ. Quarũ omniũ orationum eadem fere sententia est:ac si hoc uerbo uterer comparo uel contraho. Nisi q̃ inire gratiam ẽ magis fauorem compare q̃ amorẽ. Reconciliari tamen & in gratiã redire idem sunt:quotiẽs amici interposita aliqua offensa:quum aliquãdo fuerunt inimici in pristinã redeunt beniuolentiam ac familiaritatem. Sed redire in gratiã etiam cũ inanimatis solemus. Vnde Cicero de senectute. In gratiam cum uoluptate redeamus. Præterea conciliamus nobis laudem:famam:similiaq; non autem inimus. Conciliare Inire Recõciliari Redire in gratiam

Condictio a condico nascitur:Conditio a condo: Illud rarius est:quod ita Iustinianus diffinit:Condicere est denunciare prisca lingua. Nunc uero abusiue dicimus conditionem actionẽ in personam:quam actor intendit sibi dari oportere. Sed nulla hoc tẽpore eo nomine denunciatio fit. Ergo cõditio est:uel hæc actio uel illa denunciatio. Conditio uero multi his temporibus male usurpant accipientes pro mentis qualitate:ueluti illud hic est homo mansuetæ & bonæ conditionis:quod antiqui dicebant:mãsueti & boni ingenii:nos quoq; mansueti animi mansuetæq; mẽtis. Homo autem bonæ conditionis latine dicitur:si ad fortunas referatur:nõ si ad mores. Vt est uir magnæ:paruæ: mediocris cõditionis.i.diues:pauperue:aut inter hos medius. Ego sum posit⁹ in hac conditione id est fortuna ac sorte. Cicero. O miseram conditionem administrandi consulatus. Huic significato illud pene par est. Cum inter plura eligẽda sortis est oblata electio:ut apud M. fabium. Oblata est a Iuuenibus tyranno conditio: ut dimitteret alterum ad uisendam matrem ad diem præstitutam reuersuruʒ:ita ut nisi occurrisset ad diẽ de eo qui restiterat pœna sumeretur. Dicimus igitur offero conditionem uel fero:uel pono con/ Condictio Conditio

Offero fe/ro uel pono conditionē
Accipio cō/ditionem

ditionē. Nunq̄ fere p aliud uerbū: quæ cōditio duꝫ placuit: etiam fere semper dicimus: accipio conditionē: ut apud Ter. A matores chrysidis tulerunt mulieri conditionē. Ipsa uero accepit conditi/onem: hoc est pactioni promissioniq́ꝫ assensit.

Conducit ꝑutile est
Decet
Iuuat &c.

Conducit pro utile est: Decet: Iuuat: & siqua sunt alia: nec per/sonalia sunt plane: nec impersonalia cum habeant numeros. heæ uestes decent nos. Isti cibi iuuant te. studia secreta maxime con/ducunt. Explicit Expliciunt nunq̄ ꝙ sciam legi.

Cōductiti⁹ & alia noīa In tius

Conductitia domus quæ conducta est. Nomina enim in tius si a supinis descendunt passionem quandam significāt: ut ratio fi ctitia ac commentitia: quæ ficta & ad tempus commēta & excita ta est. Si tamen ab nominibus descendunt significant materiam: ut stramentitius: lateritius.

Confero

Confero me in agrū & ad agrū. Dicim⁹ autē cōtuli me ad ca/tonē: non autē in catoneꝫ: nisi fuerit significatio donationis hoc modo. Multa contuli in catonem. i. multa donaui catoni.

Cōnficio
Perficio
Cū ꝓpositō
Confido

Conficio ꝓ pficio & pro eo quod ē sauciando trucido. Inde cō fectores feraruꝫ. Ipsa eni ꝓpositio Cū in bonā & in malā reꝫ acci/pi solet. Cōfido ꝓ credo: tū in ꝑterito: tū in ꝑsēti: tuꝫ in futuro. In præterito. Quoniā probatā ratio nē officii mei uobis esse confi/do ī pn̄ti. Quanq̄ a Cratippo nostro pricipe hui⁹ mēoriæ philoso phorum hæc te assidue audire atq́ꝫ accipere confido. In futuro. Ita fore confidimus: hæc exempla ex Cicerone sunt.

Conflaui
Cōtraxi æs alienum
Dissoluo æs alienum

Conflaui æs alienū: & Contraxi æs alienū: idē est ꝙ factus suꝫ debitor alienæ pecuniæ. Dissoluo æs alienū: idem est ꝙ qđ con/traxeram æris alieni restituo: & pluribus soluo.

Confluens

Confluens pro loco quo duo flumina conueniunt: masculini generis est substantiuatur enim.

Coniecto
Cōiecturo
Cōiecturaꝫ facio capio &c.

Coniecto: cōiecturo: cōiecturā facio: cōiecturā capio: cōiectura cōsequor: cōiectura colligo: cōiectura ducor: pro eodem accipi/untur: aut parum differunt: quia efficacius quiddam est coniectu ra consequor & coniectura colligo: q̄ in cæteris.

Coniurare
Conspirare

Coniurare & conspirare fere in malū accipiuntur: quotiens in patriam: aut bonū principem coniuratio fit atq́ꝫ cōspiratio. Sed si honesta causa id fiat in bonū etiam accipi debent. Nam & Mu/tius Scæuola ad porsenam regem inquit. Trecenti coniurauim⁹ principes iuuentutis romanæ ut in te hac uia grassaremur. Et ci/cero ad cæsarem pro ligario: fratrum conspirationem dixit: quasi unanimitatem. Verum conspiratio: ut in hoc ipso loco; nōnunq̄ nemini perniciosa est in neminemq́ꝫ grassatur; cōiuratio semper

in alterius perniciem grassari solet.

Conniuere est aperire & claudere oculum.

Conniuere

Consciscere fere ad mortē pertinet: plerūq; enim sic legimus. Mortem sibi ipse consciuit. Mortem tibi ipse conscisces. Morte3 mihi ipse consciscam. Cogam te ad mortem tibi per te ipsū consciscendam. Asciscere est remotum aliquid quasi scite uocatū capere. Desciscere est ab imperio se ductuq; alterius subtrahere: ut milites a duce: populi a domīo: discipuli ab opiniōe magisti quā prius sequebantur: præsertim ad alterius imperium uel sententiā se trasferentes.

Cōsciscere Asciscere Desiscere

Consessus nō est cōsessio: sed homines uno in loco cōsidētes.

Consessus

Considerat⁹ qui agēda cōsiderat: non qui cōsiderat᷑. Incōsideratus qui agenda non considerat: non qui non consideratur.

Cōsiderat⁹ Incōsideratus

Consolatio & solatium idem sunt: nisi ꝙ consolatio fit uerbis solatium re. cum consolari sit oratione. Solari uero fere semper aliter. Solamen idem est quod solatium: sed magis poeticū. Vergilius: Solamenq; mali de collo fistula pendet. quo tamen Boetius & quidam alii utuntur.

Cōsolatiō Solatium Consolari Solari Solamen

Consonās ꝓ litera non uocali fœminini gn̄is ē: substātiuat᷑. n.

Consonans pro litera

Consul cui consulatum gerit.

Consul

Consularis qui consulatum gessit.

Consularis

Consulo te: consilium peto a te: uel interrogo & inquiro. Consulo tibi: consiliū do tibi: uel prouideo tibi. Sed hoc frequētius ac magis proprie in rebus: ut consule uitæ tuæ. Consule ualitudini. consule dignitati. consule saluti: consule rebus tuis. In plurali autem numero interdum reperitur sine apposito tamen: ut Consulunt senatores: quod frequentius dicimus consultant id est deliberant. Nonnunq̄ consultare est unius.

Consulo

Consultor fere pro eo qui aliū consulit accipi solet: nonnunq̄ tamen pro eo qui alii consulit. Salu. In iug. Simul ab eo petunt uti fautor consultorq; sibi adsit.

Consultor

Consultus est homo prudens & sciens: dignusq; a quo consilium petas. Inde est inconsultus adiectiuum. Quint. O inconsulta3 muliebrem semper amentiam id est imprudentem: inconsideratam & nullius consilii. Dicitur etia3 Iurisconsultus & Ureconsultus. Et ouidius libro primo de arte in simplici dixit. Sit tibi credibilis sermo: consultaq; uerba.

Consultus Inconsult⁹ Iuriscōsult⁹ Iurecōsult⁹

Cōsternere ē corporis: consternari aūt animi: quū mēs turbata ē: & de statu mota: & quasi humi strata. Ideoq; sæpe cōiūgi animum uidem⁹: ut cōsternat⁹ animo. Salustius tamē hist. primo in

Cōsternere Cōsternari

quit. Equi sine rectoribus exterriti aut saucii cōsternātur: cum sit usitatius cōsternūtur.

Cōtēdere Intēdere — Cōtendere & Intēdere indifferēter dicimus: uti cōtētio & Intētio. De quibus omnibus late in dictione Intēdere.

Cōtētio Intētio Cōtētus — Contentus qui cōtinet quod aīo satisfacit: non qui cōtinet.

Cōterrane9 — Conterraneus qui eiusdem terræ est: hoc est territorii. maior em̄ est terra q̄ urbs: oppidū ue: cuius habitatores uo cantur ciues. Plinius tn̄ catullū cōterraneū suū uocat: uel ꝙ ex diocesi illa: uel ꝙ ex urbe sit ueronēsi. Vterq̄ autem dict9 est Veronēsis. Nam illius nepos & per adoptionē filius fuit Nouocomēsis. Ideo Pli. secūdus & ipse dictus est.

Cōtinēter — Cōtinēter est cōtinue: siue cōtinuate: quod a cōtineo uenit.

Conticesco & alia in sco — Cōticesco idē est quod suū primitiuū cōticeo: sicut alia multa in sco: ut Adhæresco: Delitesco: cōcubisco: labasco: obdormisco: cōtremisco: expauesco & his similia.

Cōtinēs — Cōtinēs pro terra quæ nō est īsula fœminini gn̄is est. Vt de Sicilia ad cōtinētē parum Intercapedinis est.

Cōtinētia — Cōtinētia: de hac uide ī dictiōe Abstinētia.

Cōtrahere — Cōtrahere æs alienū quid sit uide cōflare.

Cōtumeliosus — Cōtumeliosus semper actiue ab autoribus accipi solet: pro eo scilicet qui cōtumeliā facit.

Cōuēit hoc Cōuenit tn̄ — Cōuēit hoc mihi: āt cōuēit hoc nobis. i. decēs ē & cōuēiēs. Cōuēit hoc īter nos. i. cōstat: & cōtrouersia caret. Cōuēit mihi tecū idest sine cōtrouersia est īter nos qđ ego dixi: cōuēit tibi mecū. i. sine cōtrouersia ē īter nos qđ tu dixisti. Nō nūq̄ sine utroq̄: ut cōuenit.

Cōuētus Cōuēticulū — Cōuētus facit diminutiuū cōuēticulū. Cicero pro Sextio. Tn̄ cōuēticula hominū quæ ciuitates nomīauerūt.

Cōuētio — Cōuēt9 nō est cōuētio: sed oēs qui in unū locū cōuenerūt.

Cōuitium — Cōuitiū a uitiū uel poti9 a uito: descēdit: ut Vitupero tam & si nō omīno repugnē scribi per. c. ut quibusdā placet nō per. t. Est autem cōuitiū maledictū cōtumeliosum.

Copia & cū quo uerbo — Copia facultas: potestasq̄: ut faciā tibi copiam īspiciēdi libros meos. i. dabo tibi facultatē ul' faciā tibi potestatē. Iūgit' aūt semꝑ cū facio dūtaxat ad oratores. Nā poetæ cū aliis uerbis: & ꝓcipue cū do. Vergi. Affari extremū miseræ data copia matri. Et iterū. Postq̄ ītrogressi: & corā data copia fandi. Sine his autē duobus uerbis copia plerūq̄ ꝓ abūdātia accipit': unde dicta est copia rationis: & copia pecuniarū: & copia frumēti. In plurali quoq̄ pro eodem significato: ut noui copias tuas: omnium rerum co-

pias habeo. Peculiariter tamen appellam⁹ militū multitudinem: ut copiæ pōpeii. copiæ cæsaris. pro quo imperiti dicūt gentes pōpeii: gētes nostræ. Et in hoc etiā significato nonnunq̄ in singulari: ut Pom. ad domitiū. Neq; solus cū ista copia tantā multitudinem sustinere poteris. Salustius: postremo ex omni copia Catilinæ &c. Virg. li. ii. æn. Et quæ sit circum me copia lustro.

Cordi est: & in animo est: differunt. Nam secundum significat in animo habeo. Vel animus est mihi: uel uolo atq; constituo. Illud uero est delectat: & placet. — Cordi est / In animo ē

Corpus potiusq̄ carnē nostrum uiuentiū dicim⁹: & hominem corpulentū potiusq̄ ut aliqui loquuntur carnosū. Quint. mēbra sine corpore. Cicero ad Gallū. Nā & uires & corpus amisi. Martialis. Viuebant laceri membris stillātibus artus Inq; omni nusq̄ corpore corpus erat: hoc in corpore illius non erat caro. — Corpus

Corpusculum diminutiuum est: a corpus. — Corpusculum

Coxa pars supra fœmora: uertubrūq; ipsū quoties uitiatū est: aut os illud. qd' in uertebro uoluitur fractū: coxa uitiata fracta ue dicit'. Fœmora autē partē illā exteriorē significāt. Fœmina partē interiorē mulieremq;: quæ se cōtingūt. Vel fœmora partē anteriorem. Fœmina posteriorē. A quo cōficitur nomē fœmoralia: siue Fæminalia; utroq; enim modo scriptū reperio pro brachis: dicitur tamen nominatiuus fœmen non reperiri. — Coxa / Fœmur / Fœmina / Fœmoralia / Fœminalia

Cubiculū a cubili nō uenit: cū intra cubiculū cubile sit.

Cubo: cubui: cubitum: cubatio non cubitio. — Cubiculum / Cubo / Cubatio

Cuius: cuia: cuiū; a ueteribus nō inter noīa: sed inter pronomina numerabat': ut meus mea meū. Itaq; ut dicim⁹ mea ē: tua ē: sua est. Et mea tua sua interest. Ita cuia ē: & cuia interest. Plaut⁹ i epidico. Ego illū conueniam: atq; adducā ad te: cuia ē fidicina. Cicero ꝓ Murena. Ea cædes potissimū crimini datur ei: cuia interfuit nō ei cuia nihil interfuit. Interrogatusq; cuium pecus respondeas meum tuum suum uel illius. — Cui⁹ ia. ium

Culter cultellus facit diminutiuum.

Culpa mediocrū plures peūt. Defectu eoꝝ multi. Is nāq; defectu medici perit: cui medic⁹ p̄sto nō ē: culpa uero medici: q mori tur⁹ nō erat: nisi p̄sto medic⁹ sibi fuisset: quā maiorē partē eē arbitror. Hæc ideo dixi ꝙ nōnulli ꝓ culpa medicoꝝ alūt defectu: Et uitia hominū rerūq; uocāt defect⁹: cū dicere debeāt uitia: uel culpas uel mendas: aut menda libri. Defectio plurimū a defectu dissentit. cū sit recessio aut militū: aut ciuitatis a domīo: uel a superiore. Est enim Deficere & Desistere a ductu alterius decedere. & q̄ — Culter / Cultellus / Culpa / Defectus / Defecto / Deficere / Desistere

195

ſi rebellare. & Defectio quaſi rebellio.

Cuias Noſtras Veſtras

Cuias. Noſtras. & Veſtras: nō tantū patriā nationēq; innuūt: ſz etiā partes & quaſi ſectā: ut Veſtrates philoſophi nō ſūt ita popu lares & fauorabiles: ut ñrates: q epicuri ſchola ꝓdierūt. Et cuiates philoſophi uos eſtis: Stoici ne: an academici: an pipatetici: an no ſtrates Epicurei. Cicero: putaresne unq̄ accidere poſſe ut mihi uer ba deeſſent: nō ſolū iſta ueſtra oratoria: ſed hæc et leuia noſtratia

Cum præpoſitio

Cū ꝓpoſitio per appoſitionē nō iungit' rei notanti inſtrumētū ſed comitē. Percuſſi igitur haſta dicēdū ē: non cū haſta. Inſtrumē tum enī pcuſſionis haſta eſt. Itē percuſſi gladio: non cum gladio. Impuli te pugno. Video te oculis. Tāgo te manu. Deleuit epiſto lā lachrymis. Abſterſit ſordes aqua. Ablatiuis aūt nō inſtrumētū ſed coniunctionē ſignificātib⁹ cū addi ſolet: ut accept⁹ eſt a nobis cū honore. Magna cū beniuolētia ſcripſit. Cuz mira affabilitate me allocutus eſt. cum dira truculentia me aſpexit.

Cum Tum

Cuz & Tū indicatiuū fere poſtulant. ē autē in cū quiddā min⁹ In Tū quiddā maius. Et hoc duob⁹ modis: ut aut generale aliqd ꝑcedat: ſequat' ſpeciale. Aut ambo ſint ſpecialia. Primo modo ſic: ut apud Quintilianū. Quod quū oībus cōfitendū eſt. Tuz nobis præcipue qui rōnez dicēdi a bono uiro nō ſeparam⁹. Id eſt om nibus multū: mihi uere maxīe. Altero modo apud eūdez. Quod opus Marcelle Victori tibi dicam⁹. Quē quū amiciſſimū nobis: tū eximio literarū amore flagrātē: digniſſimū hoc mutuæ inter nos charitatis pignore iudicabam⁹. Id eſt multū propter amorez tuū in nos: plus tamē ꝓpter amorē iudicabam⁹ literarum. Raro autē alius mod⁹ q̄ indicatiu⁹ cōuenit. Cicero ad curionē. Graui te ſte priuat⁹ ſum amoris erga te mei patre tuo clariſſimo uiro: qui quū ſuis uirtutib⁹: Tū uero te filio ſupaſſet omniū fortunas: ſi te ante uidiſſet: q̄ uita decederet. Sed nunq̄ hoc fit niſi ſub uno uer bo. q̄ſi qnando ſub duobus fieret: non tamē in diuerſis uerborū modis diuerſis ue tēporib⁹. Sed ad Tū reuertamur: quod ſæpe ſi ne cum ponit' geminatū: triplicatū: & in q̄uis longū multiplicatū ſed quantū ego ſentio in rebus paribus: Vt Quintilian⁹. Nec in dignetur herodotus æquari ſibi Titū liuium: cū in narrando mi ræ iucunditatis: clariſſimiq; candoris: tuz in contionibus ſupra q̄ enarrari poteſt eloquentē: ita dicuntur omnia tum rebus: tū per ſonis accommodata. Taceo de eo modo: quando accipitur pro aliquando: ut tum hoc tuz illud dicas: id eſt aliquando illud. Vel modo hoc: modo illud.

Cum pro q̄uis

Cū pro quāuis etiā reperitur: Cicero enī pro deiotaro hoc mo

do incœpit. Cũ in omnib⁹ causis grauiorib⁹ Cai cæsar initio dicẽ
di cõmoueri soleã uehemẽtius q̃ uel usus: uel etas mea uidet̃ po/
stulare. Tamẽ in hac ita me multa perturbãt &c. Idẽ alio in loco.
Satis ne cõstanter facere uideamur: qui cũ p̃cipi nihil posse dica/
mus: Tamen & aliis de reb⁹ disserere soleam⁹: & in hoc ipso tem/
pore p̃cepta officii prosequamur. Cum. s. pro Quamuis.

Curiosus semper actiue ab auctoribus accipi solet. Dicitur au/ — Curiosus
tem curiosus a nimia cura: quotiens plus diligentiæ q̃ oporteat
impendimus rebus: uel nostris: uel alienis.

Curriculũ pro cursu: & pro loco: in quo certamẽ currendi exer — Curriculũ
cetur: nõnunq̃ etiam pro curru: ut Curtius libro. viii. Sed etiã i am
nem præcipitauere curricula.

Cursim idem est quod currendo. — Cursim

Charus & & præclarus figurate accipiũtur ꝑ eo: q tanq̃ fulgore — Charus
quodã famæ & gloriæ resplẽdet. Vnde clarissima & p̃clarissima — Præclarus
gesta dicimus. Sed p̃clarus ꝓ bonus nonnunq̃ reperitur. Et præ/ — Præclare
clare ac optime idem roboris ac uiriũ in significatione obtinent — Optime
Ci. in lælio. Cum illo uero quis neget actum esse præclare.

Classiarius custos exercitor ue classis. — Classiarius

Crapulari: uide obruere. — Crapulari

Crepit⁹ sonit⁹ est uiolent⁹ ex ĩpulsu resultãs. Vnde increpare ẽ — Crepitus
cũ eruptione uocis & immani sonitu repræhẽdere: cymbala tym — Crepare
panaq; crepitãt. Vnde fit crepitaculũ. Tubæ quoq; & cornua: simi — Increpare
liaq; crepãt: siue crepitant: crepitus itẽ ore infimo fieri solet. — Crepitare

Crimen non modo pro delicto: sed pro ipsa etiam criminatio — Crepitacu/
ne. Cicero in philip. Hereditatem mihi negasti obuenisse: utinã — lum
hoc tuum uerum crimen esset. — Crimen

Crudus uocatur non qui cibum indigestum habet in stoma/ — Crudus
cho: sed qui ægre difficileq; digestibilem: ex quo offenditur: uel — Recrude/
tanq̃ nimio: uel tanq̃ noxio. Appellamus item hominem crudũ — scere
præsertim qui est truci aspectu: cui⁹ aspectu oculi nostri offendun
tur: ut stomachus cruditate cibi. Est etiam crudum uulnus: & Re/
crudescere dolor ac uulnus dicitur quasi renouari. Et cruda po/
ma dicimus quæ non sunt matura.

De litera D.


Apes uolũt esse uel deorũ: uel nostras in sacrificiis deo — Dapes
rum. Epulæ sunt cibi ministerio hominum: & in nostrũ — Epulæ
usum comparati. Epulũ solenniores quædã epulæ: & — Epulum
prope publicũ conuiuium in propatulo numerosis ciui

bus exhibitũ: siue in dedicationẽ templi alicuius: siue in honorẽ deorũ: uel in magnificentiæ ostentationẽ: siue in funere magni alicui⁹ uiri. Cui simile est quod hoc tempore fit: quum publice pascimus pauperes: præsertĩ in mortibus propinquorũ. Quod uel idẽ est pene quod parentare. A nostris enim uulgo parentalia appellantur eo ꝙ parentib⁹ iusta celebrent̃: ut hieronym⁹ scribit.

Dare fidem — Dare fidẽ est aliquid sancte promittere. Ter. Grauidaq; facta

Fidem hr̃e — fidem dat uxorem sibi fore hanc. Fidẽ habere est credere. Quin. Fidem habes hominibus: quos mentiri alius affirmat.

Dare ptãtẽ — Dare potestatem: uide indulgentiam.

Deãbulatorium — Deambulatorium: locus ubi deambulamus.

Debellare / Expugnare — Debellare: est bello uincere: aut bello capere. Expugnare pugnãdo capere: uel poti⁹ pugnãdo uel oppugnãdo uĩcere. Sed debellam⁹ poti⁹ hoĩes. Expugnam⁹ aũt opa molesq; ut castra: ut castella: ut urbes: ut naues.

Decedere — Decedere quanq̃ accipiat̃ nõnũq̃ ꝓ eo qđ est discedere aut recedere. Tñ proprie est a mãdato custodie sue loco recedere. Vñ consules præsides prætores dicuntur ex prouincia decedere. Dicitur quoq; decessit quo modo dicitur defunct⁹; ut subintelligat̃

Excedere — uita. At in excedo additur uita: non subintelligitur. Cice. in Antonium. Excessit e uita.

Decet — Decet: uide conducit.

Decimus / Vndecimus &c. — Decim⁹: undecim⁹: Cẽtesim⁹: millesim⁹. i. q ultĩm⁹ est ex decẽ ex undecĩ: ex centũ: ex mille. Aliqñ sic: hoc aruũ attulit cẽtesimũ illud sexagesimũ: tuũ uero tricesimũ fructũ. i. cẽtenarii numeri sexagenarii tricenarii. Vel cẽtuplũ sexagintuplũ: tricentuplum.

Decimã quanq; ex ouib⁹ tibi dabo. Non eã intelligo: quæ decima in numerando eueniet: sed unã de decẽ: quecũq; sit. itaq; unaquæq; potest esse decima. Item dicam⁹ Millesimũ quenq; unum esse ex numero millenario.

Declamator / Orator / Rhetor — Declamator est q studet apud rhetorẽ in conuentuq; scholasticorũ: fictã cãm orat: id agẽs ut ĩ ueris postea causis possit orare. Ipse quoq; rhetor & qcũq; ali⁹ ẽt extra scholã hoc gñe utit̃ siue ut alios siue ut se exerceat declamator uocat̃. Oratorẽ q causas orat: uel in iudiciis ul̃ ĩ cõciõib⁹ q græce dr̃ rhitor. Nos tamẽ rhetorẽ professorẽ rhetoricæ uocam⁹: nõ Oratorẽ. Miror cur in hoc tã facili peruulgatoq; noĩe exponẽdo Victorin⁹ errauerit. Non nunq̃ tñ more græco reperim⁹ poni. Vt cicero. li. ii. de. n. d. Qui dũ academico & eodẽ rhetore cõgredi conatus sum. Nam neq; in disertum academicũ pertimuissem. Neq; sine ista philosophia rhetorem q̃

uis eloquentem. Rhetorem dixit uel oratorē uel rhetoricum.

Declaro frequētiꝰ ad facta ptinet q̃ ad dicta. Aliqn̄ etiā in di/ctis. Interdū accipitur ꝓ significo: uel ostendo: uel iudico. Declaro

Decretum est mihi: uide compertum est. Decretum

Decꝰ est illa ut sic dixeri honorificētia ex bene gestis rebꝰ. Vn̄ decora militiæ honores: laudes honestamēta militi i bello cōpa ta: cuiꝰ cōtrariū ē. Dedecꝰ ignominia quædā: āt ignominiæ genꝰ & īfamis turpitudo. Vn̄ dedecoro. i. turpisco: & cōtumelia atq; i/gnominia afficio. Trāsfert ēt ad animū. Quippe decꝰ ꝓ honesto: dedecus pro inhonesto accipitur. Decor ē quasi pulcritudo q̄dā ex decentia rerū personarūq; in locis temporibusq;: siue in agēdo siue in loquendo. Trāsfertur quoq; ad uirtutes. Appellamꝰ deco rum nō tā ipm honestū: q̃ quod hominibꝰ & cōmuni opinioni ho nestū uidetur & pulchrū & probabile. Vnde uerbū decoro me/dia longa. Nam decoro media breui a decus uenit. Decus Dedecus Dedecoro Decor Decorus Decoro

Dedisco: uide discere. Dedisco

Dedititius q ex nūero eoꝝ est: q se in alteriꝰ impiū dediderūt. Dedititius

Dedoceo te: q̄d doctus est ostendo falsuȝ esse: docendo quod uerum est. Quintilianꝰ. li. ii. Et quidem prius hac difficilius opus dedocendi q̃ docendi. Dedoceo

Dedecus duo significat. Vnum quod est crimen: ut Quintilia nus. Satis dedecoris atq; flagitii castra cæperunt. Alterum quod est ignominia: atq; infamia quod notum est. Vide etiam decus. Dedecus

Deduco & Reduco generalem habent significationem sed in hoc specialem quoties alicui officii præstamus comitatū: ut Deduxi Catonem in senatum: eumq; ut domum reducam: hic expe cto. Sed proprie hoc est inter homines non multum dignitate & auctoritate distantes. Comitari uero minorum potius erga ma/iores. Cæteruȝ deducere & Reducere est quasi ad certum locuȝ. Affectari est quasi comitatum præstare: non tamen in itinere aut nauigatione aut militia: at fere per urbem. Deduco Reduco Comitari Affectari

Defatigatus: uide in dictione lassum. Defatigatꝰ

Defessus: uide ibidem. Defessus

Defectus quasi qui deficit: ut martialis. Dulcia defecta modu latur carmina ligna Cantator cignus funeris ipse sui. Quintilias. Defectaq; labore senectus magna pars mortis nihil mihi reliquit nisi diligentiam participium est significationis actiue in uoce pas/siua. Defectꝰ. a. ū

Defectus: uide plura in culpa. Defectus

Defectio: uide ibidem. Culpa

199

Defẽde me &c.

Defende me domĩe: adiuua me optime uir. Tace homo imperite. Mutato uocatiuo in nominatiuum non recte dicetur? Item defende me tu deus meus. Adiuua me tu uir optimus. Tace tu homo imperitus: hic per nominatiuum etiam recte loquimur: subintelligitur enim ens: hoc modo: tu es ens dominus meus.

Defendo

Defendo me dicimus: & non nunq̃ defendo ictus. Cicero de senectute. Vestitaq; pampinis nec modico tempore caret: & nimiũ os solis defendit ardores.

Defensori⁹

Defensorius: actionem significat.

Defore

Defore: uide affore.

Deinceps

Deinceps accipitur pro dehinc & pro deinde. Atq; ẽt ꝓ gradatim. Cicero ĩ tuscu. Oẽs q deĩceps accubarẽt: ad lyrã canerẽt. Et ad thermũ. Sed tñ tres fratres sũmo loco natos. Promptos non indisertos te nolo habere iratos: quos uideo deinceps tribunos plebis per triennium fore.

Deliberaui

Deliberaui: uide compertum est.

Deligere
Eligere

Deligere est qđ magis idoneũ ad rẽ agendã est cernere. Eligere uero uel ad nostrũ emolumentũ: uel ad illius qui eligitur dignitatem. Delegit sibi sæpe popul⁹ Ro. Imperatorẽ ad bella: ut Pompeiũ ad bellũ mithridaticũ. Imperator quoq; deligit milites: nõ eligit ad rẽ uidelicet bellicã idoneos. At si ex multis daret optio quẽ sibi uellet eligeret: nõ deligeret: ideoq; semp fere dicitur in eodẽ sensu: datur tibi siue offert optio. Et datur siue offert

Dat siue offertur optio & electio

electio. Nec ĩficias eo posse fieri: ut in aliquẽ cadat delectionis & electionis nomẽ: ut in ipm principẽ quẽ ad honorẽ pariter & ad rem bene tegendã assumimus. Cæterũ deligo sine præpositione accusatiuum habere solet: ut populus romanus delegit. Cn. Pompeium imperatorẽ. Eligo alterũ accusatiuũ cũ præpositione: ut idem populus elegit in principem sibi octauiũ. Et sacerdotes eligunt sibi pontificẽ: & milites imperatorem. Cooptare autẽ dicit

Cooptare
Deligere
Agere uł ha bere dele ctum

inter Collegas paresq; aut fere pares. Cicero in Bruto. A quo in collegiũ augurũ fuerã cooptatus. Præterea deligere & agere uel habere delectũ differunt: ꝙ deligimus aliquando unum tantum. Agere uero uel habere delectum ad multa semper refertur apud Quintilianum legi facere delectum pro agere.

Delitesco

Delitesco pro suo primitiuo accipitur.

Demereor

Demereor: uide mereor.

Demum

Demum: uide Tandem.

Deniq;

Deniq;: uide Tandem.

Demigrare
Cõmigrare

Demigrare: uide Commigrare.

Depectus: si Vulpiano credimus dicit turpiter pact9. Mihi aūt pro simplici poti9 accipi uidet id quo ī multis fit: ut demiror: deambulo. Teren. in phor. Iā depacisci mortē cupio. Tale est hoc terentianū: quale illud uergilianū. Vitāq; uolūt ꝓ laude pacisci. Illud quoq; apud. M. tul. li. ii. rhetoricoꝝ. Quidā quū circūsideret: neq; effugere ullo modo posset: depectus est cū hostib9: ut arma & īpedimēta reliqueret: & milites educeret. Itaq; fecit &c. Nō ē accipiēdum ꝓ turpiter pactus ab auctore eē positū. Quippe q cām narrat de qua controuersia est: an ille turpiter pactus sit: non autē factum hominis damnat: & aliquoties factū hoc paulo post pactionem uocat.

Depositarius a depositū est: depositorius a depositor: est itaq; depositarius qui reddendo deposito obnoxius est. Depositori9 Depositari9

Depræcor suppliciū. Aulus Gellius ait dictū esse: quasi detestor: uel execror: uel depello: uel abominor. Ego autē ita dici puto depræcor & imprecor: præcor tibi bonū: præcor tibi malum. Sic deprecor liberationē: & deprecor pœnā illam ut potiar: hanc ut uitem. Ouidius libro. i. de ponto. Sæpe præcor mortē: mortē quoq; depræcor idē. Ne mea sarmaticū contegat ossa latus. Depræcor dixit quasi præcor mortē non dari mihi ī hac terra: deniq; depræcor magis significat uel dicto uel facto recuso: q̄ illa quæ Aulus Gellius attigit. Depræcor Præcor

Descēdo in præliū: descendo in forū: descendo in campū dicim9. Nō qua de loco superiore in inferiorē descēdimus: sed quia de loco tuto in locū discriminis. Ideoq; nō fere dicitur in forum descēdere nisi qui pugnādi & defendende litis causa uenit ī forū: nō rerū uenaliū coemptor ac negociator. Et in campum descēdere: nisi qui litis dignitatis causa: sicut in campo martio fiebat: certaturus uadit. Descendo ī prælium in forum &c.

Desciscere: uide consciscere. Desciscere

Desipio siue desipisco significat uel ꝙ aliqd a cōi sensu sapientiaq; min9 habeo: uel meo a sensu destituor. Quod fere uitiū aut ex ætate uēit aut morbo aut amore aut timore: aut simili aliquo affectu. Cuius contrariū est resipiscere: & senes qdē iam demētes nunq̄ resipiscūt. Cæteri aūt resipiscere idest ad priorem mētis statū: uel ad meliorē mētem redire solent. Desipio Desipisco Resipisco

Despicio deorsū aspicio: sicut suspicio sursū aspicio. Inde ꝑ trāslationē quū qs aliū cōtemnit ac paruifacit despicere dr̄: quasi infra se & ad pedes suos proiectū aspicere: quemadmodum suspicere est uenerari: quasi supra nos aspiciamus illum esse colloca- Despicio Suspicio

198

Diſpicere
Circũſpicere
Diſpiciẽtia

tum. Nã diſpicere eſt prouidere & circũſpicere mentẽ & tanq̃ in omnem partem lumina mentis intendere omniaq; diſcernere: a quo diſpicientia dicta eſt circunſpectio & prouidentia uel conſideratio diligens atq; diſcretio.

Deturbare
Exturbare
Diſturbare

Deturbare eſt deorſum cum uiolentia deiicere. Vergi. Puppi deturbat ab alta. Exturbare e loco eundem in modum eiicere: diſturbare diſſipando: diruendoq; deiicere.

Deuenire
Peruenire

Deuenim⁹ in mõtẽ: deuenim⁹ ad diuitias minus uſitatũ: ac minoris rationis eſt q̃ peruenim⁹ in montẽ; peruenim⁹ ad diuitias. Similiter e diuerſo: deuenim⁹ in planũ: deuenim⁹ in uallem: quoties ab editiore loco ꝓfecti ſum⁹: uſitatius ꝓbabiliuſq; puenimus in planũ: peruenimus in uallem. ita deueni in paupertatem quaſi deſcendi & delapſus ſum in humiliora.

De⁹ dea de abus & de aliis ablatiuis in abus

Deus: dea deab⁹ dicim⁹: diuus diua diuab⁹ nõ dicim⁹. Item fili⁹ filia filiabus: Nat⁹ nata natabus: Equus equa equab⁹: mul⁹ mula mulab⁹: nõ aſinus aſina aſinab⁹. Itẽ ut dicim⁹ libertus liberta libertabus. Ita nõ dicim⁹ libertinus libertina libertinab⁹: nõ ſeru⁹ ſerua ſeruabus: nõ domin⁹ domina dominab⁹: nõ anim⁹ anima animabus. Tam &ſi quidã his poſterioribus utunt̃. Cicero tamen ad uxorem & filiã ſcribens duabus aĩs ſuis dixit nõ animab⁹. Et curtius de matre & uxore darii dñis nõ dominab⁹ dixit. quidam ueteres dextrabus dixerunt pro dextris: & eabus pro eis.

Dicacitas

Dicacitas eſt ſine dubio a dicẽdo: proprie tamen ſignificat ſermonem cum riſu aliquos inceſſentẽ. Ideo demoſthenẽ urbanũ fuiſſe dicunt: dicacem negant: græce dicitur ſcomma.

Dicere
Dictio
Dicto
Dictito

Dicere ꝓprie eſt oratorũ & elegãter facũdeq; loquẽtiũ. Quĩ. li. x. Nã mihi ne dicere quidẽ uidet̃: niſi q diſpoſite. ornate copioſe dicit. Vnde dictio uocat̃ oratoria & facũda oratio. Ex ipſo uerbo dico duo frequẽtatiua oriunt̃ dicto & dictito: ſed poſteri⁹ potius frequẽtatiuũ eſt: quod idẽ eſt quod frequẽtib⁹ temporibus frequentibuſq; locis dico & narro. Alterum autem eſt quod dico ſi id alter ſcribens excipiat & manu ſtiloq; notet.

Dico ſñiã
Fero ſñiam

Dico ſẽtentiã cõſiliarius: fero ſẽtentiã iudex: nõnunq̃ tamẽ dico ꝓ fero: ut apud Quĩt. Apud iudices quidẽ ſecũdũ legem dicturos ſententiã de confeſſis præcipere ridiculum eſt.

Dico leges
Fero leges

Dico leges aliud ẽ q̃ fero leges: eſt. n. ferre ad ſuos: dicere fere ad uictos. Liui⁹. Quãdo perinde ac uicto ſibi leges dicerentur.

Dies

Diem pro diurno tẽpore: itẽ pro certo tẽpore: uolunt eſſe maſculini generis notauerũtq; Vergiliũ indifferẽter accæpiſſe. Ego tñ & apud hũc & apud cæteros ꝓ tẽpore ipſo annotaui ſẽper eſſe

fœminini:ut ipſa dies facit homines prudētem:& multa dies dat magnā hominibꝰ rerū experiētiā. Vnde Pedianus uult fieri die/ culā ꝓ paruo tempe. Et apud iuriſcōſultos Bimatrima quadri/ ma dies:ꝓ tempe biēnii triēnii quadriēnii. In tempe certo Pedia nus idem conſentit debere eſſe maſculini generis. dicemus ergo heſterno die & craſtino die:nō heſterna die & craſtina. Ad diem nō uenit:ad diē nō affuit.i.die præſtituto. Diecula / Bima trima / Quadrima dies

Dictio:uide dicere. Dictio

Dictito:uide ibidem. Dictito

Dicto:uide ibidem. Dicto

Dictum & dicta de omni ſermone intelliguntur:ſed ſpecialem quoq; ſignificationem habēt pro dicaci ſermone: unde dicta eſt dicacitas. Martialꝭ ad Domitianū. Cōſueuere locos ueſtri quoq; ferre triumphi. Materiā dictis nec pudet eſſe ducē. Qualia autē ſint dicta quæ in ipſū triumphātem milites iaculari ſolebant: il/ lud quod Cæſari dictatori fuit decātatū erit exemplo. Cæſar triū phat qui ſubegit gallias. Nicomedis non triumphat qui ſubegit Cæſarem. Illud ſubegit Cæſarem: in quē dicitur mordet:& aliis apud quos dicitur:riſum mouet. Dictū & di/ cta

Diligere:uide amare. Diligere

Diſcere eſt ut intelligas: ediſcere uero ut memoriter comple/ ctaris:dediſco autem quod didici obliuiſcor. Diſcere / Ediſcere

Diſcretus qui qualitates perſonarum: & rerum momenta di/ ſcernit nō qui diſcernitur. Dediſcere / Diſcretus

Diſertus qui probe diſſerit:nō qui diſſeritur. Diſertus

Diſpicio:uide deſpicio. Diſpicio

Diſſoluo æs alienum:uide cōflaui. Diſſoluo æs &c.

Diſturbare:uide deturbare. Diſturbare

Diu nihil aliud ſignificat niſi p lōgū tp̄s:diu nauigaui:diu eqta/ ui. Nō aūt diu receſſi: aut diu equū aſcēdi:ſed nup receſſi aut du/ dū:& dudū equū aſcēdi. Quidā tamē ſic loquūtur:iādiu eſt ꝙ re/ ceſſi:utētes aduerbio ꝓ nomīe. Eadē ratio eſt ī iamdiu:& tamdiu Ideoq; cauēdū eſt ne uerba quæ momētaneam actionem ſignifi cant his aduerbiis applices:quale eſt. Iamdiu publicaui opus:iam diu duxi uxorē: ſed iampridē: licet recte dicatur: iamdiu eſt opus publicatū. Et iādiu uxor mihi ducta eſt. Diu / Iamdiu / Tamdiu

Diuerſoriū dicitur hoſpitium publicum. Cicero. Ex hac uita ſic diſcedo tanq̄ ex hoſpitio:nō tanq̄ ex domo. commorandi em̄ natura diuerſorium nō habitādi dedit: pro eodem poſuit hoſpiti um & diuerſorium. Diuerſoriū

199

Diurn⁹.a.ũ: Diurnum spatium unius diei.

Diuturnus Diutinus Diuturnus & diutinus nihil differunt: utrunq; ad diu siue diuti us uenit. Cicero ad Brutum: tedioq; diutinae seruitutis: de diuturnus plurima exempla sunt.

Dare lr̃as Reddere Accipere Do tibi literas tanq̃ tabellario: do ad te literas: scilicet ad te perferendas. Aliquando haec duo coniunguntur: ut Cice. Dedi illi ad te literas. Ergo qui mittit literas dat: cui literae dantur si perfert reddere dicitur: sicut ille ad quem dantur accipere.

Docilis Docibilis Docilis priscian⁹ inquit ẽ qui facile docet̃: docibil' est q facile discit̃: nõ occurrit ubinã legerim docibilis: est eñ cõsuetũ magis pseptibilis: nisi apud ecclesiasticos: atq; in aliũ sensũ. Et erũt docibiles dei: dictũ est quasi dociles. docibilis eñ ille est: q ad discẽdi patiẽtiã lenis & mitis: hoc ut ego sentio idem est qđ docilis: ratio tamẽ postulat ut id significet quod ait priscianus.

Doctiloqu⁹ Doctiloquus facit comparatiuum doctiloquentior.

Doleo Doleo: Cicero Quĩtilianusq; nõ dixissent doleo caput doleo ilia aut ilib⁹: eẽt eñ synecdoche. Sed dolet mihi caput: & ilia tibi dolent. In hoc uerbo & illud notãdũ ẽ: q̃ de re extra nos posita sicut de corpore nostro loquimur: ut istud qđ facis dolet mihi: utinã doleret tibi. Terẽti⁹. Dolet dictũ adolescẽti pudẽti libero.

Domo Domatio Domitor Domus Domo domui domitum domatio facit non domitio: dicitur autem domitor non domator.

Dom⁹ duos gtõs habet: domi & dom⁹: sed prior seruat locum ubi qs manet: posterior corp⁹ ip̃; atq; aedificiũ: quod ex parietib⁹ constat & tecto: ut domi maneo nõ dom⁹: & partẽ domus demolitus sum: superiora domus ascẽdi nõ domi. Na; illud dom⁹ meae imperiũ teneo nõ pro loco accipitur: sed pro familia quae continetur aedificio: figurate cõtinẽs pro cõtẽto: licet ẽt dicere domí meae quasi in domo mea. Est autem idem in domo & domi. Quĩtilian⁹ lib. qnto. In domo furtũ factũ ab eo qui domi fuit.

Domesticatim Domesticatim per uarias domos.

Domi mee &c. Domi mee uiuo dicimus: itẽ tuae: suae: nr̃ae: ur̃ae: & alienae. Cum aliis nõ licet: non eñ dicere liceret domi publicae domi priuatae: domi honestae: domi paternae: domi maternae habito &c. Sed ita domi illius: domi caesaris: domi patris &c.

Domi sum &c. Domus duos genitiuos habet domi & domus: in datiuo domui: in accusatiuo domum: in ablatiuo domo &c.

Reuertor domum exeo domo &c. Domi uel in domo sum dicimus. Reuertor domum uel ad domum. Exeo domo uel e domo.

Donaria nõ loc⁹ repositori⁹ donoꝝ: sed ipsa dona: licet serui⁹

dicat ubi dona oblata sunt: sicut lectisternia dicunt ubi hoĩes ĩ tẽplo sedere cõsueuerũt: hæc Lau. Tu uero aliter in lima leges.

Donum: uide munus. Donum

Donatio: uide ueni in opinionem. Donatio

Donec duob⁹ modis accipit. Dabo operã uoluptatibus donec moriar. i. usq; ad mortẽ. Et dabo operã uoluptatib⁹ donec uiuo. i. q̃diu uiuo. Eiusdem nature est dũ ideoq; in priore sensu amat subiũctiuũ: in posteriore indicatiuũ more donec: ut apud Ciceronẽ. Deinde est in carcerẽ duct⁹: ut ibi ẽet tãtisp: dũ culeus in quẽ cõiectus deferret. Terẽti⁹. Ego tãtisper te dici uolo meũ: duz ut quod uolo facis. Et aduertẽdũ Tantisper fere postulare post se duz pro donec siue q̃diu: ut patuit. Sũt tamẽ qui pro tãtummodo accipiãt. Sunt qui etiam pro interea. Cætera quoq; sic a per composita ad temporis breuitatẽ feruntur. Parumper: paulisper: aliquantisper. Sunt qui per imperitiã accipiunt pro suis primitiuis: quæ sunt parum: paulum: aliquantulum. Donec / Tantisper / & alia composita a per

Dono tibi munus: & dono te munere dicitur. Dono

Dormitorium locus ubi dormitur. Dormitorium

Ductilis: uide Versatilis. Ductilis

Dudũ & iamdudũ de paruo tẽpore unius horæ: aut semihoræ aut duaꝝ horaꝝ: certe breuissimi tẽporis. Nuper siue pridẽ & iam pridẽ & longiori tpe dices: aut uiginti dierũ: aut mensis mẽsium ue: & nonnunq̃ annorũ pro conditione materiæ. Dudum / Iamdudum / Nuper / Pridem

Dudũ & nup seu pridẽ de re siue actione quæ non ĩsistit: sed statim transit: Iamdudũ & iampridẽ de re siue actione: quæ insistit & immorat. Illa præteritũ utiq; postulant: hæc frequentius præsens: nõnunq̃ etiã præteritũ. Dudũ ĩtraui. & iamdudũ te expecto idest hora aut semihora ẽ: uel duæ uel tres: uel ut multũ q̃ttuor: ex quo intraui & ex quo te expecto. Sed ipsa actio intrãdi nõ insistit: ac stati desinit. Secus autẽ expectandi actio. Itẽ Nuper ex sicilia redii. i. supioribus diebus mensibus ue ex sicilia redii: & iã multi dies sunt: uel aliquot mẽses ex quo absum ex sicilia uel ex quó ex sicilia redii: hic continuatio intelligitur tpis illic minime. Hic significatur mora qua in hoc loco immorat⁹ sũz. Illic momẽtum illud applicationis. Cæterũ quia dixi Nuper & Iampridẽ nõ modo menses complecti: uerũ etiã annos: tale exẽplũ sit. Nup inuẽta est machina: quam bombardã uocant: idest non multo tempe ab hinc. Iampridem Bombarda in usu est hoc est iam aliquanto ab hinc tempore in usu est. Aliquando apud poetas legim⁹. Iamdudum pro continuo. Vergi. Iamdudum sumite pœnas. Rarius Dudum / Nuper / Pridem / Iamdudum / Iampridem

200

iampridem:ut fecit Lucanus:Tollite iampridem uictricia tollite signa:nisi iampridem uictricia dicas. Pridem autem & Nuper idē significant. est autem Nuper non longo tempore a nūc: interdū non longo tempore a tunc.

Dum' Dum:uide donec.

Dūtaxat Duntaxat idem significat quod solum. Cicero de ora. Ita loquamur:ut ei tradamus ea duntaxat:quæ nos usus docuit.

De litera. E.

Ecce En ECce & En in eadē pœne significatiōe amāt nominatiuū & accusatiuum:apud comicos uero Hem pro en affectui seruiens quo oratores nō utunt᷑. Adiungunt autē En nominatiuo pariter & accusatiuo:tū indicādo:tum exprobrando. Indicando. Verg. En priam⁹?sunt hic etiā sua præmia laudi. Exprobrando. En agros:& quā bello troianæ petisti. Hesperiā metire iacēs Iuuenalis. En habitū. Oratores sæpius exprobrādo & sæpius per nominatiuū. Quint. En improbitas? Cicero. En crimen? en causa? Ecce similiter cū utroq; casu iungit᷑. Vt idem:Ecce tibi stat⁹ noster. Cum accusatiuo autē non memini me apud oratores legisse sed ne apud poetas quidē. Sed dem⁹ aliqñ repetiri:ut semel apud Plautū in bacchidibus. Opus ne erit tibi aduocato:tristi:iracūdo: Ecce me. Verg. iteʒ ait. En quattuor aras. Ecce duas tibi daphni: duoq; altaria phœbo. Sed de prosa magis dubitare me dico.

Eccum Eccam Eccos Eccas Ellum Ellam Ellos Ellas Eccum eccam. Eccos eccas. Ellum ellā. Ellos ellas. A b ecce cōpolita sunt & secū uidentur gerere casū:sed non gerunt. Quæ priscianus ita resoluit. Ecce eum:Ecce eam:Ecce eos: Ecce eas: ecce illum:ecce illam:ecce illos:ecce illas. Sergius quoq; cōmentans donatum ait. Nihil significat ellum nisi ecce illum. Pauloq; post Ergo cum ellum sit ecce illum:ellam ecce illā:nihil possumus dicere:nisi magis demonstratiue. Sed re uera resoluuntur per aduerbia non per pronomina. Eccum ecce hic subintellige uirum: de quo agebamus. Eccam ecce hic subintellige fœminaʒ:de qua mentio erat. Ellum Ellam. Ecce illic uirum fœminam ue subintellige:de quo de qua ue agebatur. Ellum igitur parmenonem:significat ecce illic parmeno siue parmenonem.

Eabus p eis Eabus pro eis quidam ueteres dixerunt.

Edicere Edicere est magistratuū regū ue. Vnde Edictū consulū sūt literæ consulū:quib⁹ aliquid iubēt:atq; imperāt. Indicere aūt proprie est denūciare:ut indictū ē bellū. Indixit romulus spectaculū.

Edisco Edisco: uide discere.

Effabilis Effabilis dictu uide Miserabilis.

Effingere est ad alteriꝰ formā fingere:& quodāmodo fingēdo Effingere
represētare.Quint.Nā mihi uidet᷑.M.Tulliꝰ cū se totū ad imita
tionē græcoꝝ contulisset:effinxisse uim demosthenis: copiā pla
tonis:iocunditateꝫ Socratis.Fingere ꝓprie est figuli:qui formas Fingere
duxit ex luto.Inde generale fit uocabulū ad cætera:q̄ īgenio ma
nuq; hominis artificiose formantur ꝑsertim inusitate & noue.
Effigies figura est ad uiuā alteriꝰ similitudinē uel ad ueritatis Effigies
imagineꝫ facta tā in picturis:q̄ in sculptutis:nomē est ab effingo.
Eheu:uide hei. Eheu
Eiulare ē uoce sublata flere:qđ magis mulierū ē ꝓpriū. Voci/ Eiulare
ferari ē uoce effrenata nō modo dolorē: sed ēt īdignationē (q̄q̄ Vociferari
indignatio doloris genꝰ ē) ostēdere.Interdū sine affectu:sed ta/
men uehemētiꝰ exclamare . Lamētari ē uoce quærula & tristi ora Lamentari
tione cladē testari suā.Flere ē lachrymis:ideoq; tantū hominuꝫ: Flere
ut ridere.Gemere est pectore quū præ āgustia in sonū prorum/ Gemere
pit.Ideo & iumēta sub nimio pondere gemūt.Et inanimata quo
q; cum nimis onusta sunt gemere dicūtur. Verg. Gemuit sub pō
dere cymba.Plorare est uoce flebili & effusa doloreꝫ suum ape/ Plorare
rire. Vnde implorare est plorando opem orare. Plangere ē per Implorare
cussione & uerberatione pectoris:capitis:uultus: aliorum ue mē/ Plangere
brorum se in dolore affligere.regitq; post se accusatiuum . ideoq;
per translationem dicuntur fluctus plangere littora: quasi ad de/
clarandum dolorem in modum lamentationis.
Eleuo:uide leuo. Eleuō
Eligere:uide deligere. Eligere
Elogiū ē testificatio de aliquo:siue uituperationis: siue hono/ Elogium
ris causa. Vituperationis:ut Quint.Nō est iudices ꝙ putetis ideo
nullū adiectum ad exheredationem iuuenis elogiū:quia de sce/
lere constaret.Honoris causa:ut Marcus Tullius.Quid elogia se
pulcroruꝫ.Pro simplici quoq; sententiæ suæ testificatione legit᷑. Ellum
Cicero.Solonis quidem sapientis elogium est: quo se negat uel Emeritus
le suam mortem dolore amicorum & lachrymis uacare. Emigrare
Ellum:uide eccum. En
Emeritus:uide Mereor. Eo magis
Emigrare:uide Commigrare. Epulæ
En:uide ecce. Ergo
Eo magis:uide hoc magis. Igitur
Epulæ:uide Dapes. Quare
Ergo atq; igit᷑ bræuioribꝰ adhibētur cōclusionibꝰ.Quare quā Quáobrem
obrē quapropter maioribꝰ:nisi ita dicas.Nescio quare sic loque/ Quapropt᷑

E quibus dictionibus ꝑ ponitur

tis:intelligo quamobrem sic facias.
E re publica est:id est pro republica est.
E republica dicēdū est:ut in oratore Cicero testat̄:nō ex repu. tollitur enī.x.sicut in oībus fit fere:quæ ab.R.incipiūt:ut E regione.i.ex opposito uel ex aduerso atq; cōtrario. Non ex regione E re mea.E re tua.e re nostra.Similiter e dignitate:ex utilitate:ex usu:pro eo qđ esset ꝓ dignitate:uel ad dignitatē:utilitatē:uel usuʒ Cicero:ex tua ac reip.dignitate facies.E renibus laborabat Cicero inquit:hoc est morbum in renibus patiebatur.

Eripio

Eripio quoties habet cū accusatiuo datiuū: fere in malā parteʒ accipitur. Vt eripuisti mihi oēs beneuiuendi facultates.Quoties uero ablatiuū cū præpositione A uel ab:siue abs:plerūq; in bonā: ut Eripuisti me a periculo.Interdū in malā:ut eripuisti a me filiā.

Præripio

Differt autē a Præripio:qui enī aliquid alteri eripit: potest;id nō in suos usus eripere. Vt eripuit illi uitā.Qui uero præcipit in suos proprie usus capit. Neq; præpositio illa antecessionē tēporis declarat.Nōnunq̄ significat ante capere:sed magis ī passiuo: ut imatura morte præreptus nō potuit præstare qualē promiserat regē. Sunt hæc uerba Plinii de uiris illust.quasi dixisset immatura morte præuentus.Præterea præripio nunquam postulat sibi talē ablatiuum:qualem Eripio solet:ut patuit.

Errabūdus & alia in būdus

Errabūd9:similis errāti.Pris.enī li.iiii.inqt.In būdus desinētia similitudinē habere significāt:ut Vitabūdus similis uitāti. Moribundus similis moriēti.Errabūdus similis errāti. Aulus Gelli9 autem scribit Apollinarii usū esse particulā istā extremā in quā uerbatalia exeūt uim & copiā & quasi abundātiā rei cui9 id uerbū esset demōstrare:ut letabundus is dicatur:qui abunde let9 sit. Et errabūdus:qui lōgo atq; abūdāti errore sit. Vt aūt Caselli9 eodem Gellio autore scripsit.ludibūdus Errabūdus ridibūdus ideʒ ē qđ ludēs:errās:ridēs.Casellii sentētia & bræuior est:nec mir9 fortasse uera:q̄ illa siue gellii siue apollinaris. Cū frequētissime sic accipiantur. Populabūdus populās.Errabūdus errās: rubicūdus rubens.Sed nonnunq̄ ut gellius ait uehementiā significant.

Esca

Escam:uide pasto.

Essēdi cā

Essendi:Stulti quidaʒ aiūt:Causa essēdi rex.essēdi regis.essēdi regem.Cum nusquam essendi reperiatur.Et si reperiretur:nō regeret casum sicut manendi:uiuendi:existendi.

Esurio & alia in rio

Esurio cupio eē.nā cōmodi9desideratiua atq; optatiua uocarētur ea q̄ nomināt̄ meditatiua in.rio.parturio esurio.Cicero. Vtinaʒ aliquādo dolor po.ro.pariat quod iā diu parturit.Liuius. Et

diu parturit anim⁹ uester aliquãdo pariat. Quintilian⁹. Pater filios esurit. Martialis. Cœnaturit uacerta nõ cacaturit. i. cœnarẽ cupit nõ &c. Vel dicam⁹ hæc accipi ꝓ primitiuis. Scaturio magis ꝓ suo primitiuo scatet ponit̃: quod est nõ solũ aquarũ: sed herbarũ cæterorumq; sua sponte hubertim nascentium.

Et multifariã accipi solet: Cui⁹ cõditõis estq;. Vir. Audieras & fama fuit. Quintilian⁹. Has primũ audiet puer: harũ uerba effigere imitando conabitur. Et natura tenacissimi sum⁹ eorũ quæ rudibus animis ꝑcepim⁹. Et pro quia accipiẽdũ est. Duplicat̃ interdũ sed in rebus diuersis uenusti⁹; ut te admirãtur & ciues & hospites. Initiis quoq; sentẽtiarũ cõpetit. Quint. lib. i. Et finitæ quidẽ sunt partes duæ: quas hæc ꝓfessio pollicet̃. Interdũ etiã affectui seruit Cicero ꝓ Milone. Et sũt; qui de uia appia loquãtur taceant de curia. Idẽ. Et postea miramur quare moleste ferat populus ro. Et ꝓ etiã apud Ciceronẽ nusq̃ reperit̃: sicut in cæteris illo posterioribus. Vir. Natus & ipse dea. Quintilian⁹. sit hostis & meus. Cicero dixisset. Sit hostis etiam meus. Vel meus quoq;. Et q;

Etsi. Quamquã. Quãuis. licet eiusdẽ significationis sũt: aliquid in utendo discriminis habẽt. Nam prima duo sẽper asciscunt sibi indicatiuũ duntaxat in principio statim orationũ: epistolarum: librorum. Alia duo in hoc loco raro. In cæteris omnia indifferenter. Cicero pro Milone. Etsi uereor iudices: & in ep. ad acticum. Etsi nihil noui afferebat̃. Idem de officiis. Quãq̃ te Marce fili annum iã audiẽte; Cratippũ: idq; athenis abũdare oportet ꝑceptis institutisq; philosophiæ. Lactãti⁹ tamen secundũ librũ de Institutione sic incipit. Quamq̃ libro primo religiones deoꝝ falsas esse mõstrauerim. Alia duo magis postulãt subiunctiuũ: nonnunq̃ tamen & indicatiuũ. Vt apud horatiũ sic quædam epistola incipit. Quãuis sæua sẽtis per te tibi consulis & scis. & apud Quintilianu; declamatio. Quamuis Iudices in tanta malorũ continuatione iã poterã nihil ex accidentium meorum nouitate mirari. In aliis ptibus q̃ in principiis parẽ oĩa hæc locum sortiuntur. Præterea &si ac Tametsi idem sunt. Plinius ad cornelium priscum. Dedit eni; mihi q̃tum maximum potuit: daturus ampli⁹ si potuisset: tametsi quid homini dari potest maius q̃ gloria laus & æternitas. Hic nõ posses ponere licet & q̃uis. Etsi Quãquam Quamuis Licet Etsi Tametsi

Et appellãt te homines sapientẽ: & existimãt Te malu; esse & dicunt & sentiũt. Illũ & putant probũ: & loquunt̃. Hi & Habẽtur mali & appellantur. Diligentia honores & gignit & cõtinet. Studio literæ & parantur & conseruantur. Et appellãt te &c.

202

Euentus Euẽtus in singulari gñis masculini & decliationis quartæ ẽ: ei⁹ pl'i.M. Tulli⁹ sepissime ĩ neutro.g.& decli.secũda utitur: ut euẽta euẽtorũ:euẽtis. Quidam plane impium euẽtum alunt significare principium: ut apud ouid. Exitus acta probat: careat successibus opto. Quisquis ab euẽtu facta notãda putat. Illud eñ exitus acta probat: uox ẽ accusatiuũ phillidẽ argumẽto: quod dicitur a casu: eos enim phillis ipsa execratur dicẽs. Careat successibus apro qs/ quis a casu & non a causis aliquid laudat aut uitupat: hæc lau. Tu autẽ uideto in lima.

Euidens Euidẽs negociũ dr: qđ uidet' & apte ĩtelligit': nõ qđ uidet & in/ telligit.

Euelare Euelare ẽ rẽ uelatam detegere.

Euoluere Euoluere libros: uide liber.

Exaudio Exaudio: uide Audio.

Exautorare Exautorare est ducẽ ab impio suo dimittere: uel missum facere militẽ: illumq; donare missione militiæ plærũq;.

Excedo Excedo: uide decedo.

Excogitare Excogitare ẽ p cogitationẽ ĩuenire: idq; ad res tñ ĩcorporeas ptinet: ut excogitaui argumẽta rationes figuras causas. est igit' ex

Reperire cogitare cõsilii. Repire uero fortunæ: ut Ouid. Tu nõ inuẽta: re/

Inuenire perta es. Sed iã usus obtinuit ut idẽ reperio sit quod inuenio. est autẽ Inuenire uel consilio uel casu siue corporea siue ĩcorpea re/

Offendo perire. Offendo fere quod Reperio. Cicero. Sed tamen nemĩe3

Nact⁹ sũ p ĩ uẽi ãt reppi tã maleficũ offendi &c. Nactus su3 etiã pro inuenit: siue reppi: fre quẽter accipit'. Cicero de uite. Quicquid est nacta complectitur.

Excogitare: uide etiam cogito.

Excretus Excret⁹ ab excresco ẽ: hic excretos hædos Virgi. dixit: pticipiũ est in uoce passiua actionẽ significans.

Excubiæ Excubiæ diurnæ & nocturnæ. Vigiliæ tñmodo nocturnæ.

Vigiliæ Excusare: uide causari.

Excusare Exẽplũ: inqt fest⁹: ẽ qđ seq̃mur: aut uitem⁹ Exẽplar ex quo sĩe

Exemplum faciam⁹. Illđ aĩo æstimat': istđ ocul' cõspicit'. Mihi aũt: licet fest⁹ sci

Exemplar entissime de exponẽdis uocabulis loquat': aperiẽda tñ magis ho rũ noĩ3 differẽtia. Nã & Exẽplũ ẽ ex quo simile faciam⁹: ut Opa homeri exẽplũ sũt poemata scribere uolẽtib⁹. Quĩt. li. x. Rustici pbatã expimẽto culturã ĩ exẽplũ ĩtuent'. Et exẽplar aĩo quoq; e/ stimat'. Cicero de oratore. Illa oro fuit mihi exẽplar bñdicendi. Cæteru3 Exemplũ est ipsa res quã imitamur: aut si ita fors tulerit deuitam⁹ in aliquo: ut ĩ catone. Cato aũt ipse exemplar: illud con tentũ: hoc cõtinẽs. Quod si indistincte his duob⁹ licet uti non sa/

ne repugnabo. Reperit etiã exẽplarium ꝑ exẽplar. Plinius li. vi. Iuba hæc omisit in hoc tractatu: nisi exẽplariũ uitiosum est. Exẽplariũ

Exhæredare: uide Abdicare. Exheredar̃

Exhibere illi negociũ. Et facere uel facessere negociũ: ẽ alterũ molestia ac labore afficere: freq̃uẽter quidẽ ꝑ accusationẽ. Ci. li. iii. off. Quod quũ audisset adolescẽs negociũ uidelicet exhiberi patri: hoc ẽ patrem accusari: uel molestia laboreq̃ affici. Quinti. libro. v. Quando si negociũ innocenti facit: liberet eũ noxa quĩ admiserit: id est innocentẽ reum facit. Cicero ad appiũ. Cum est ad nos ablatũ de temeritate eorũ: qui tibi negocium facesserent id est accusarent insectarentur: ad pœnã uocarent. Negocium autem sæpe pro labore apud hũc ꝑsertim legimus: ut in. li. de na. d. Dii nec habent negocium ipsi: nec alteri exhibent. Exhibere Facere uel facessere negocium Negocium

Existimo: uide Aestimare. Existimo

Existimatio: uide Veni in opinionem. Existimatõ

Existit: & Extat: quorũ unũ atq̃ idẽ ꝑteritũ ẽ. Simile quiddã significãt: qđ ẽ eminet & supest. Sed primũ cũ motu. Alterũ sine motu: Vt illud sit ꝓdit: uel exurgit. hoc uero supstat. Cice. de diuinatione. Submersus equ⁹ uoraginib⁹ nõ existit. Itẽ uocem ab æde iunonis ex arce extitisse. De reb⁹ quoq̃ mẽtis existere dicimus Vt idẽ ĩ lælio. Existit hoc loco q̃stio subdifficilis. De extare unũ exẽplũ. Ver. li. iii. g. suffecerit. Stãt circunfusa pruinis: Corpa magna boũ: cõfertoq̃ agmine cerui. Torpẽ mole noua & sũmis uix cornib⁹ extãt. Quo fit: ut de libris q demortui nõ sũt dicam⁹ extare: ut extãt paucissimi Varronis libri plurimi nõ extãt. Nã ut de hoĩe q adhuc uiuit loquimur superest: quasi nõ subter ẽ. & in tenebris latet: ita de rebus extat quasi extra stat: nõ intra & in tenebris latet. Cicero in orat. Quæ ut scis extat oratio. Existit Extat Superest

Exolet⁹ ab exolesco est: quod dũ ẽ substãtiuũ significat scortũ masculũ & ꝑcipue iam adultũ. Dũ est adiectiuũ significat adultũ sed raro reperitur: ut apud plautũ. Reliqui domi exoletã uirginẽ. participium est in uoce passiua actionem significans. Exoletus

Exoraui hoc munus: idem est quod orando impetraui. Exoraui patrem id est orando induxi. Exorare

Exorreo: uide Abhorreo. Exhorreo

Expauesco pro suo primitiuo accipitur. Expauesco

Expendere: uide Appendere. Expendo

Expeto: uide Appeto. Expeto

Explodo: uide Complodere. Explodo

Exploratum est mihi: uide Compertum est. Exploratũ ẽ

Exploraui — Exploraui:uide ibidem.

Exploratores — Exploratores:uide ibidem.

Exprobro — Exprobro uerbũ a Probro cõponit᷑:quod significat tũ qualẽcũ q; culpã impropero:ut apud ouid.li.xiii.me. Trepidoq; fugam exprobrauit amico. Tũ ingratitudinis. Terẽ.in and. Nã istec cõmemoratio quasi exprobratio ẽ ĩmemoris bñficii. Exprobrare ergo

Imputare — benefacta sua est ĩmemorẽ beneficii accepti inculpare. Imputar̃ uero sẽper citra repræhẽsionẽ. Quint. Imputas nobis ꝓpitios uẽtos & secũdũ mare. Imputare nõnunq̃ ꝓ cõputare. Caius & omni

Reputare — quadrãti imputanda. Reputare quoq; in idẽ significatũ. Vlpian⁹ Sumptus litis tutor reputabit.

Expugnare — Expugnare:uide Debellare.

Ex sẽtentia / Ad uotum — Ex sententia aliquid habere: & ad uotum: licet illud uideatur rationis esse hoc affectus cuiusdam:eodem tamen fere significationis ueniunt:ut Quint. Habes ne uxorem ex animi tui sẽtentia, & alibi. Et ad omne uotũ fluẽte fortuna lasciuit ocium.

Ex tẽpore dicere / Ex tẽpore uiuerẽ & age re &c. — Ex tempore dicere:est ex inprouiso:& impræmeditatũ dicere: nec domi compositam orationẽ afferre:hinc uocatur extemporalis orõ. Persius etiã ait. Ex tẽpore uiuere:ex tẽpore quoq; agere. Cicero.li.ii.off. Quos credimus expedire rem:& consiliũ ex tempore capere posse. Ex tempore quoq; exponitur ꝓ ex tẽporis conditione. Cicero libro.iii.off. Vnius generis quæstiones sunt hæ omnes:in quibus ex tempore officium quæritur.

Exturbare — Exturbare:uide deturbare.

Ex uĩculis &c. / Ex equo — Ex uinculis causã dicere:est alligatũ respondere criminibus: ut ex equo pugnare est in equo sedentem pugnare.

De litera. F.

Faber / Fabrica / Aurificina / Caupona / Facies / Vultus — Faber multiplex est lignarius & hic non unius generis: ferrarius nec hic simplex:lapidarius qui & ipse in multas diuiditur species.

Fabrica est proprie lignarii:ut aurificis aurificia:cauponis caupona. Facies magis ad corpus. Vultus ad animũ refertur atq; uolũtatẽ unde descendit. Nam uolo supinum habebat uultũ Inde dicimus irato & mœsto uultu poti⁹ q̃ facie:& cõtra lata aut longa facie non uultu:a quo compositum est Superficies: non sa

Supficies — ne discrepans a suo simplici:ut facies maris:facies terræ:quasi superficies:& facies hominis: quasi primum illud quod intuemur in homine:est tamẽ aliquando ubi utroq; uti liceat:ut fœdata facie:& fœdato uultu:scissa facie & scisso uultu:conuersa facie & cõuerso uultu.

Facile pro non dubie. Cice. in rabirio. Virum unũ toti⁹ grætiæ facile doctissimũ platonẽ. Idem pro roscio. Nobilitate facile princeps. Vbi aduertẽdũ iungi cum superlatiuo: & cũ princeps: quia superlationem significat. Itẽ cum præcipuus: cũ primus: cũ secundus & si qua alia sunt. Quintilianus de euripide loquẽs. Facile pcipuus & admirandus maxime est. Sic facile primus: uel facile sũmus. Facile uero secundus dicim⁹ nõ ad ordinẽ respicientes: sed ad dignitatem. Quale est tu es facile secundus ab rege. Hoc est facile post regem primus. Facile

Facio te certiorem: non certũ & sẽper facio nunq̃ ago. Vergilius tamen anchisen facio certum: ideo dixit quia syllaba bræuis inter longas non potest collocari in uersu. Facio te certiorem

Facio tibi potestatem eundi & redeundi: uide indulgentiam. Facio ptãtẽ

Facio tibi gratũ: nunq̃ ago tibi gratũ: facio ludos: facio res diuinam: facio sacrificiũ: facio solennitatẽ nunq̃ ago: & multa huiusmodi. Item feci iacturam: feci damnuз: feci naufragium. Vix unq̃ passus sum iacturam damnum naufragium: feci tamen fugam q̄ ego fugi alterum: non q̄ alter me: feci timorem: q̄ ego timui alterum: non q̄ alter me. Item feci iter non egi iter. Aliquando etiaз feci uiam: feci copiam tibi rerum mearuз: nunq̃ ægi aut dedi aut præstiti copiam: feci potestatem tibi uidendi res meas domesticas: non autem dedi: feci lucrum non autem acquisiui lucrũ Vtinam fecit: stercus fecit: non autem emisit. Facio gratum libros rẽ diuinam &c. Feci iacturã dãnũ &c.

Facio tibi iniuriam: & facio tibi contumeliam. Afficio te iniuria: & afficio te contumelia: facio tibi molestiaз non ita libenter dixerim ut afficio te molestia. Facio ĩiuriã Afficio iniuria &c.

Facio sermonem: uide habui orationem. Facio sermonem

Factio est diuisio ciuiũ in diuersa studia: quũ aliqui se pricipes ac primarios in ciuitate efficere conantur. Inter quos æmulatio est q̃ & factiosi dicuntur: pro se quisq; q̃ maximam potest ciuium multitudineз q clientes uocantur ad se trahens sibiq; quonis pacto per fas nefasq; concilians quæ pestis intestina cunctas ciuitates duntaxat italiæ infecit. Seditio autem uel a seorsum sedendo uel ut Ciceroni placuit: a seorsum eundo dicta: tunc est: quum populo secum discordante res ad manũ uocatur: qualẽ ciuitatis statum. Verg. describit. i. æneid. dicẽs. Ac ueluti magno in populo quũ sæpe coorta est Seditio: sæuitq; animis ignobile uulg⁹. Iãq; faces & saxa uolant: furor arma ministrat. Similiter dicitur Seditio in exercitu in classe in schola & si quid est tale. Factio Factiosi Seditio

Factiosus qui amat factiones: ut Seditiosus q amat seditiões. Factiosus

Falsus — Falsus qui fallit: ut Terent. Cẽsen me aliquam causam fictam falsam ineptam saltem potuisse proloqui. Aliquando & passiue: ut idem. Charine falsus es, i. deceptus. & Salustius. Nec ea res me falsum habuit.

Fama — Fama: uide limam.

Fastidiosus — Fastidiosus semper actiue ab auctoribus accipi solet pro eo. s. q fastidit.

Fatuus — Fatuu⁹ plene insipiẽs ẽ tractumq; ẽ a sapore cibo℞. Nã quum illi nõ sapiunt fatui dicunt: ita homo q nõ sapit fatu⁹ uocat. Martialis. Vt sapiãt fatuæ fabro℞ prãdia betæ. O q̃ sæpe petet uina piperq; coquus. Melior huius uocabuli uidetur hæc causa q̃ ea: quæ quibusdã placet: fatuos dictos qui furore quodã: quasi uxor regis fauni fatua noĩe corripi solebat: futura prædicũt: ut illa faciebat.

Stultus — Stolidus — Stult⁹ autẽ dicitur q imprudens est: & improuid⁹: multiq; nõ insipientes homines aliqñ stulte agunt. Stolidus est: qui proxime accedit ad naturã sensumq; pecudum.

Fœlix qui recipit fœlicitatẽ: & qui dat. Virg. Sis fœlix: nostrũq; leues quæcunq; labore; pro eo quod est sis prospera & benigna. Vide etiam Beatus.

Femen — Femen: uide coxa.

Femur — Femur: uide ibidem.

Fere — Fere significat pene: cui⁹ significatio est paulu; abfuit: qn ut pene siue fere in man⁹ hostiũ incidi. i. paulu; abfuit qn in manib⁹ hostiũ inciderẽ. Altera significatio est: quu; ĩtelligit aliq̃ uniuersal: ut Quin. hæ fere sunt emendate loquẽdi scribendiq; ptes. i. fere omnes. Ideoq; illud omnes adiungit: ut idem. Nã in omnibus fere minus ualent præcepta q̃ experimenta.

Fero sñiam — Fero sententiam: uide Dico sententiam.

Fero leges — Fero leges: uide ibidem.

Fero tibi acceptum — Acceptilatõ — Fero tibi acceptũ: idẽ est qđ refero tibi acceptu;: ꝓ eo qđ ẽ fateor me hoc abs te accepisse: qđ mihi debebas: et si solutio nulla intercessit. Vñ fit acceptilatio: quã Iustinian⁹ per interrogationem & responsionem fieri uult. De refero plura uide in. R.

Ferus — Ferox — Fer⁹ hõ: qui animu; ferinu; obtiet: ut leones ursi lupi. ferox q ꝑ aĩosus ẽ ad certãdũ cũ altero: & ad uĩ alteri faciẽdã atq; nocẽdũ.

Ferri — Ferri proprie quæ dicuntur: uide agere.

Ferruminat — Ferrumĩat cõglutinat: coalescit colligat. Pli. li. xi. c. lvii. Et medulla ex eodẽ uidet eẽ: a iuuẽta rubẽs & senecta albescẽs: non nisi carnis ex ossib⁹: & crurib⁹ iumẽtorũ aut canũ: q̃re fracta nõ ferruminant: quod defluente euenit medulla. Idẽ. li. xxxvii. Infestatur

plurimis uitiis scabro ferrumine & q̄si glutio & cōmissura siue iū ctura: siue ligatura. Ferruminatio Cassius ait ꝑ eandē materiā fa/ Eerrumiatō
cit cōfusionē: Plūbatura nō efficit Vt aūt ostēdim⁹ ferruminatio nō utiqꝫ per eandē materiā facit cōfusionē: sed interdū quoqꝫ per aliam: plumbatura ꝑ solū plūbū efficit cōfusionē: ut ipsum idicat nomen.

Fessus: uide lassum. Fessus

Fest⁹ dies poti⁹ q̄ festiu⁹. Res festiua poti⁹ q̄ festa. Nā fest⁹ festa Festus
festū ad diē festū ptinēs: festiu⁹ festiua festiuū res iucūda & læpi/ Festiuus
da. Vt orō festiua: dictū festiuū: frōdē festiuā legim⁹: nō q̄ ad festū cōparata sit: sed q̄ iucūda & læta. Nā & festā frondē uocam⁹: q̄ festis adhibetur: festiuū multi pro festo accipiunt.

Fictile uas quod fictū est a figulo nō quod fingi potest. Fictile

Fictitia ratio quæ ficta est. Fictitia

Fic⁹ ꝑ fructu in scđa decliatiōe dr̄ & quarta. Horati⁹. Pīguib⁹ & Ficus
ficis pastū iecur anseris albi. Et Ply. ad ruffū. Quæ nunc cū ficis & boletis certamē hn̄t. Martial'. Res mira est: ficus nō hēt un⁹ ager. Pli. li. xv. Cū & obsonii uicē habeāt recētes fic⁹. Fic⁹ itē ꝑ arbore ēt scđæ & q̄rtæ decli. legit'. Iuue. Steril' mala robora fici. Cice. de oratore. Vxorē suā suspēdisse se de ficu. Pro uitio aūt secūdæ est declinatiōis & gn̄is masculini: licet priscian⁹ quartæ esse uelit.

Ficuln⁹ ficulna ficulnū ꝑ materiato ex ficu dicitur: ut a populus Ficulnus
populn⁹: & a coryl⁹ colurn⁹: & ab abies abiegn⁹: ab ilice ilignus;

Fides dicēdū ē nō fidis in ntō. Pōpei⁹ em̄ fest⁹ ita scribit. Fides Fides
gen⁹ citharæ ꝙ tm̄ īter se chordæ eius quātum īter homīes fides cōcordet. Ergo fides dicēdum est: cuius diminutiuuꝫ fidicula uel parua cithara uel chordula. Fidiculæ uero ī plurali pro īstrumē/ Fidicula
to torquēdi: ex duobus: ut reor & obliquatis lignis compactū: ul' Fidicule
ab extorquēda fide ac ueritate: uel a neruis funib⁹ uīculisqꝫ: quib⁹ ad illū modū homines torquēdi alligātur.

Fides ꝓpe latīe dr̄ probatio: ut facio fidē per īstrumēta: per ar Fides
gumēta: ꝑ testes. fides ēt ꝑ crudelitate accipit' quale est habeo tibi fidē. Recte igit' ēt nr̄a religio noīata est fides.

Fiēs ī simplici suo nō reperit': nec qđ ab hoc formaret' fienduꝫ. Fiens
Dicim⁹ itaqꝫ calescēs & calefaciēd⁹. Nec desūt qui fiēs utātur: sed Fiendum
ī cōpositiōe. Vt ī psalmo undecimo. Et factū est cor nr̄m tāq̄ cæ/
ra liquefiēs ī medio uētris mei: idqꝫ a liquefio est. A liquesco ue/ Liquefiens
ro liquescēs eiusdem significatiōis cuius liquefiēs: passiue enim Liquescens
accipiūtur.

Filiaster qdā utūtur ꝑ priuigno: ꝙ imitat' filiū. Illa em̄ diminu/ Filiēster

& alia ĩ aster — tiua quæ fiũt ĩ aster imitatiõem potius significãt q̃ diminutiões: Neq; mea rõne dicit᷑ oleaster ꝙ sit parua olea: sed ꝙ siluestrẽ oleam imitatur. Vide etiam in Antoniaster.

Filius / Pater / Mater / Parens — Filius qui nat⁹ oratores sæpi⁹ dicũt: sæpius ẽt pater q̃ genitor. Mater q̃ genitrix. Sed parẽs ꝑ utroq;. Etiã sæpe hõ potiusq̃ uir: quale hoc ẽ: illi deduxerũt hoĩem in palestrã. Poete poti⁹ e cõtrario: historici mediam quãdam uiam tenẽt.

Fingere — Fingere: uide effingere.

Fissilis fissile — Fissilis arbor: fissile lignũ: fissile robor: tũ quasi fissũ. cune⁹ eñ dicitur fissile lignũ: tũ quia findit᷑: quasi fissibile. Pli. lib. xvi. hæc maxime fissilia: alia frãgi celeriora q̃ findi. Idẽ paulo post. Nullusq; fissile rimis hoc lignũ: hoc ẽ fissum.

Fœnero / Fœneror / Mutuo / Mutuor — Fœnero tibi dicit᷑: sicut mutuo tibi: fœneror abs te: sicut mutuor abs te. Qui mutuat pecuniã dat mutuo. Qui fœnerat pecuniã dat ad usurã. Qui mutuat᷑ pecuniã mutuo accipit. Qui fœneratur pecuniã ad usurã accipit: hæc Lau. Tu uero aliter in lima leges.

Fœneratiti⁹ — Fœneratitia res: quæ ad fœnus pertinet.

Fœnus — Fœnus dicit᷑ naturalis fructus terræ: postea aũt ad usurã trãslatũ: quasi pecunia per se fructum producat sicut terra.

Fœtus / Catulus — Fœtus: uide Catuli.

Fœtuosus — Fœtuosus a fœtus dicit᷑ nõ fœtosus: quæ eñ quartæ sũt declinationis assumunt. u. ut uultuosus fructuosus.

Fœtura — Fœtura: uide ibidem.

Folia — Folia: uide frondes.

Formidolosus — Formidolosus pariter actiue passiueq; accipit᷑. Terẽ. egon formidolosus: id est ego ne qui timeã. Salustius. Regibus boni q̃ mali suspectiores sunt: semperq; iis aliena uirt⁹ formidolosa est id est quæ formidatur.

Fore / Forem / Fores / Foret — Fore qdẽ habet uocẽ infinitiui: ut esse: significationẽ uero participii: quod est futuꝝ una cũ infinito esse. Idẽ est eñ fore qđ futurũ esse non tm̃ esse. Licet forẽ fores foret: idẽ sit quod essem esses esset. Quare cũ nomĩe iũgi habet fore: non cum participio: ne duo participia simul confundamus: ut Spero te amatorẽ uel amicum fore. Non aũt amaturũ fore sed tantum amaturum: ne uidearis hoc dicere: te futurũ amaturũ: quod ratio non patit᷑: cum futurũ superuacuũ sit. Itẽ de participio passiuo futuri. Timeo te uerberandũ fore: satis erat uerberandũ: uel adiuncto infinito uerberandũ esse. Participia aũt pñtis tpis & præteriti sæpe cum fore iũguntur si illa in nomen transeunt: ut spero te sapientem fore: credo me amantem tui fore: non te. seruat enim naturam nominis

non participii: opinor te acceptū illis fore non ab illis. Quādo ēt futuri participiū passiuū in nomē reuertitur: tunc recipit fore. Vt spero hūc puerū admirandū uirū fore. i. admirabilem. Hæc Lau. Tu tamē in lima de fore cū pticipio passiuo futuri aliter ēt leges.

Flagella: uide pulsare. — Flagella

Flagito uehementer & plusq̄ postulo: ut Cicero pro Quintio. Quāq̄ hoc causa postulat & si postulat: nō tamē flagitat. Postulo aūt ē quodāmodo requiro: ut res locus psona tps causa postulat: & tāq̄ rē iustā peto. Curti⁹. Postulabat aūt magis q̄ petebat: nisi accipimus: ut Varro apud Seruiū uult humiliter petebat. Sic. n. ait. Poscere est cū aliquid pro merito nostro deposcimus. Petere uero est quū aliquid humiliter & cū pcibus postulamus. Petere pterea est in bonū & in malū: ut pater laudē filii petit. Multi filii petūt mortē patris. Peto utiq̧ cū abltō in malā ptem accipit: ut peto te gladio: peto te ueneno: peto te insidiis. Naʒ illud apud Vergilium. Malo me galatea petit lasciua puella. Idem est quod malo me incessit & pomorū iactu percutere me solet. Posco est proprie rem debitam & honestā peto. Inde reposco quod est rem meā: & quod mihi debes reddi peto. Expostulo est cū querela apud amicos requiro & quasi officiū amicitiæ in alio desidero: ut Terentius in adelphis. Quam ipsi fecerunt ultro iniuriam expostulant: sed frequētissime post se habet ablatiuū seruiente ppositione cum: ut qd habes qđ mecū expostules. — Flagito · Postulo · Peto · Posco · Reposco · Expostulo

Flagitiū pprie in libidine ē: quasi flagris dignū crimē: sed p cæteris quoq̧ peccatis accipit: nec tm̄ turpibus: uerū his ēt quæ p negligentiā imprudētiā: obliuionēq̧ cōmittunt: ut Cicero in Bruto Tantam ne fuisse obliuionē inqt in scripto: psertim ut ne legens quidem senserit q̄tum flagitii admisisset. i. erroris. — Flagitium

Flere: uide eiulare. — Flere

Flexil' ram⁹: flexiles uites: q flexæ sūt & lapsu erratico torquēt. — Flexilis

Fluuiatilis piscis incola fluuii. — Fluuialis

Frcul⁹ a frater diminutiuū est: ut a pr̄ prcul⁹. A mr̄ matercula. — Fraterculus · Paterculus · Matercula

Fraudolosus qui fraudē facit: quod a fraudula diminutiuo uidetur uenire potius q̄ a fraude. — Fraudulosus

Fregit nauim: fregit brachium dicimus: quasi ipe fregerit & ipe egerit: & non potius passus sit. Terentius. Is fregit nauim apud Andru. — Frango

Fremit⁹ dr̄ ex alto mari son⁹ fluctuū: & ī populo murmur. Iteʒ uox orōq̧ & īdignātis & excandescētis: & q̄si humanā uocē præ iracundia imitantis. Strepitus fit ex corporum tactu: ex collisione — Fremitus · Strepitus

206

rerum & multarum uocum in unum confusione: si modo non sit

Stridor îmodicus tunc enim fremitus dicitur. Stridor est acrior & quasi sibilans collisio. Strepitus tamen proprie pedu ambulantiū manumq; aliquid pertractantium sonus est.

Crepitus Crepitus autem quid sit: uide in. C.

Freques̄ Frequētē locū dicimus quē frequētare multi solēt: ut urbs frequēs: platea frequēs: ubi multi hoīes aut habitāt: aut diuersant. Quādo aūt de psona aut de re aīata loquimur duob⁹ modis dr̄: uel de sola sic. Sit miles frequēs spectator pliorꝝ. i. creber & assiduus. Vel de turba sic. Sit frequēs popul⁹: frequēs senat⁹. i. copiosus & mult⁹: & quidē cū noīe collectiuo ī singulari: cum cæteris uero in plurali: ut frequētes ciues: frequētes senatores: hoc est multi & numerosi. Verūtamē quū dico sis frequēs innuo actionē: quum dico frequēs loc⁹ passionē. Ille frequētat: hic frequētatur.

Friget Friget idem quod frigidus est.

Fretus Fretus significat confisū: ut fretus fortasse familiaritate: quæ est ei tecum: ausus est confiteri.

Frondes Folia Frondes arborum sunt tantum: folia autem & arborum & herbarum & florum quoq;. hæc Lau. Tu uero aliter in lima leges.

Fructuarius Fructuarius cuius est fructus.

Fruges Seges Fruges qcqd ex fructu terre in alimoniā uertim⁹. Seges uero ē eorū seminū ex qb⁹ cōficit panis: nōdū demessa. Nōnunq̄ subactā humū ad accipiēda semīa segete uocam⁹. Ver. Illa seges demum uotis respondet auari. Agricola: bis q̄ solē: bis frigora sētit

Frutex Frutex est: qui ad iustam magnitudinem arboris nō assurgit: & statura similis est multis herbis: sed nō demoritur: neq; arescitur herba: sed peremnis est: inter frutices est soboles quoq; illa arbo-

Fruticari rum & plantula. Hinc fruticari uerbum: quasi fruticem renasci ex arbore. M. Tullius ad atticum. Excisa est enim arbor non euulsa itaq; q̄ fruticetur uides. Na illud quo sæpe legimus fruticari pilum translatum est.

Frui Vti Frui & uti hoc differunt. Vti est alterius rei gratia: frui nullius: sed ppter se qui fruit quiescit & cōtētus ē. Qui utit nunq̄ cōtētus est: semperq; ulterius tēdit. Ideoq; repræhensus est Hānibal: qui cum posset uti cānensi uictoria frui maluit. Vtor armis: utor domo: utor libris: utor studio: diligentia opera: q ex hoc postea emolumenti aliquid boniq; consequar. Fruor bonis meis: fruor tuo aspectu: tuo alloquio: tuo cantu: hoc est delectationē uoluptatemq; percipio ex hac re: atq; ex huius rei usu.

Dicim⁹ tn̄ nōnūq̄ utimur p fruimur; Vt utor pane triticeo: utor

ficis. Deniq; frui ē delectationē cape ex utēdo. Itaq; ī idē recidūt: frui delectari uoluptatēq; cape. Vtor significat ēt cōuersor. Cice. ad Geliū. Fab. uiro optio & hoīe doctissimo familiarissime utor. Et idē fit usus: ut usus fuit mihi tecū. i. cōuersatio familiaritas & cō suetudo. Quīti. Mulierē cū q̄ lōga cōsuetudo seu lōg⁹ illi fuerat usus: ponit̄ item Vsus ꝓ utilitate & fructu. Nam solem⁹ aliqua re ideo uti ut ex ea fructum ꝑcipiamus. — Vtor ꝓ cōn uersor; Vsus. i. con uersatio; Vsus. i. utili tas

Fūgor aūt idē ē qđ offm̄ munusq; ago: ut fūgor magistratu: ꝓ/ tura legatiōe: fūgor officio delegato: uel mūere iudicis: fūgor ue ro uita ꝙ fūgor offō uitæ: & mūere admīstrādi gubernādiq; cor/ pus. Inde defūct⁹ ē uita. i. finiuit offm̄ uitæ. Legim⁹ ēt. Defūctus morte. i. mortē finiuit. Et defūct⁹ pīcul: ꝙ finita sūt picula. Et defū cta morbis corpa: ꝙ finiti sīt morbi corpū. De potior aūt uide ī. p. — Fungor; Defunctus; Potior

Fuluiaster fuluii imitator. — Fuluiaster

Fūd⁹ cōtiet̄ ab agro. Sīgula. n. prata singulæ uineæ: singuli hor ti: singula oliueta: pomaria: salicta: arbusta: pascua. nēora: loca au/ cupatoria: uenatoria: piscatoria: siue uillā atq; ædificiū: siue pisci / nā: siue aluearia: siue uiuaria habeāt siue nō habeāt: singuli fūdi sūt & hoc qdē ī agro. ager em̄ cōtiet fūdū: nō cōtinet̄ a fūdo.

Fūdū est ima pars rei: ꝓprie aliqđ liquoris ītra se cōtinētis: aut ad cōtinēdū factæ: ut doliū: ut nauis: ut alueus uel fluminis uel la cus uel stagni uel maris. Nā fundū ruris ut quidā scripserūt ipse nō dicerē. Fundamētū ut omib⁹ liquet aliud est q̄ fundū. Et tamē fundare magis ad fundamētū q̄ ad fundū pertinet: fundam⁹ em̄ domū nō nauim aut doliū. Fundare & fundamēta iacere differūt ꝙ fundare est ualidis fundamētis fulcire: fundamēta uero iacere quasi qualiacūq; fundamēta facere: & quodāmodo dare ei princi piū. Suetonius de uita Caii. In ara capitolina nouæ domus funda menta iecit: & per trāslationē Cice. In quo templo quantū tum in me fuit ieci fundamēta pacis. — Fundum; Fundamen tum; Fundare; Fundamen ta iacere

Fungor: uide frui. — Fungor

De littera. G.


Audere proprie est intrinsecus: lætari extrinsecus. — Gaudere; Lætari

Gemere: uide eiulare. — Gemere

Gemmas Plynius oēs lapides ꝓciosos (ꝓter margaritā) noīe unio: qđ tm̄ latina lingua hēt: appellat. Est autē Margarita siue margaritū q̄ in concha na / scitur: & cōchyliū dicit̄: quā uulgo Perlā appellāt: hæc ēt uocatur Vnio: ut ide; Pli. ait: quia nūq̄ nisi indistincta repeniat̄. Estq; ge/ neris masculini. Na; foeminini illud quo nunc quidā pro unitate — Gemma; Margarita; Conchyliū; Vnio

utunt: nec auctoritate nititur. Nescio.n.apud quem reperiatur: nec arte. Cum deberet esse masculini potius gñis: ut Talio Stelio Curculio.

Lapillus

Lapillus autem gñale nomen est omnium paruorum lapidum: sed subintellectione preciosum idem q̄ gemmula.

Gena
Mala

Gena membrana illa dr̄ & q̄si uestis: q̄ ocul⁹ tegit: quum cōniuit.i.aperit & claudit: hoc est.n.conniuere.

Maxilla

Mala uero illud inter genā & buccā quasi rotundum in specie mali. Cuius interior pars ē q̄ oris hiatum efficit: ubi molares affixi sunt. Maxilla dr̄: nomen diminutiuum nō re sed uoce. Malā quoq; genā dici plinius fatet. Ait.n.infra oculos malæ homini tm̄: quas Prisci.genas uocabant

Genuin⁹ de⁹

ióq; dens ille intim⁹ & ipsi genæ affixus genuinus dicit: qui quia maxime latet ea re factum est iā tritū uetustate ꝓuerbium: genuino rodere dente.i.latenter p inuidiā carpere famā alterius.

Generaliter
Generatim

Generaliter significat omnia simul q̄ sub gñe sūt āplectēdo: generatim uero p singula gña: seu magis p singulas spēs. Siquidem species gña uocam⁹: ut quot sunt gña arborum: quot sunt gña uitiū: potius q̄ quot sunt species. Verg. generatim discite cultus.

Genitrix

Genitrix: uide filius.

Genuinus dens

Genuinus dens: uide gena.

Gtūs quomō accipit

Genitiu⁹ oīs aut actiue āt passiue accipit. Adde etiā possessiue: qđ pœne ꝓ actiue accipio. Actiue ut ꝓuidentia dei: bonitas dei. Passiue: ut timor dei: cultus dei. Ibi deus ꝓuidet: & benigne agit: nō ipsi ꝓuidet & benigne fit: hic timet & colit: nō timet nec colit Possessiue sedes dei: regnū dei. Atq; in huiusmodi orōne itellectus aptus atq; un⁹ ē: ita ī ill' ābigu⁹ & āceps: amor dei: charitas patris: suspitio uxoris. Dubiū ē de utro loquaris: an de amore quem deus in nos hēt: an de eo quē nos in eū: de charitate pr̄is in filios an filiorum in pr̄em: de suspitione maritali: an de suspitiōe uxoria.

Gerūdia dicunt pticipia

Gerūdia licet a participiis differāt: tn̄ ꝓpe īter pticipia nūerari possūt. Supina inter uerba. Meritoq; pticipalia uocata sunt. Nā & casus & genera hn̄t: ex quo uerba nō sunt: sed pticipia siue pticipalia. Regunt p̄terea casum more uerborum participiorūq;: ex quo nomina nō sunt: post se inq̄ regunt: non ante.

Gerūdia differūt a pticipiis

Gerūdia differunt a pticipiis: q; ipsa significāt rei admīstratōem sine tpe: illa uero tps sine rei administratiōe. Vt tenet me occupatio iuris dicūdi: gerūdiū ē: nec tps significo futurum: sz rei administratiōem: hoc est in iure dicundo. Rursus tenet me cura dotis numerāde.i.quæ numerāda est: pticipiū ē futuri significatiuum sine administratione rei.

Gerundia quō regunt

Gerundia non regunt passiue: sed actiue.

Gerūdia ntis carere dicunt̄:uariant̄ itaq; p oēs obliquos:nūe/rosq; & genera. Nā ut ego sentio hæc oīa habēt in gtō:ut delectatio fruēdi pricipat⁹:fruēdæ puinciæ:fruendi impii. Molestia educādorū filiorū:locādarū filiarū:colēdorū pdiorū. Regitq; is gtūs aliquñ casū. Cice. Eqdē efferor studio pr̄es urōs quos colui & dilexi uidēdi. In Dtō:uaco agro colēdo. Vineæ pastinādæ:nemori succidēdo. In plurali una uox est triū generū:ut uaco agris uineis nemorib⁹ pcurādis. Qui casūs regimē nō hēt:absurdū sit nanq; dicere. Do operā colēdo agrorū: uel legēdo librorū. In Accusatiuo: ut eo ad salutandum fratrē:ad salutādā sororē:ad salutādū sidus: ad salutādos fratres:ad salutādas sorores:ad salutāda sidera. Quod elegantī⁹ dicit̄ q̄ cū regimine:ut eo ad salutādū fratres:ad salutandum sorores: ad salutandū sidera. Per alias quoq; præpositiones similiter. Sed inter raro habet cum gerundio substantiuū rari⁹ regimē. Vt Liuius lib. ii. Et ipse inter spoliandū corpus hostis ueruto percussus. Et iterum. Inter accipiendas de suis cōmodis rogationes. In ablatiuo sine præpositione:ut fit iniuria fundi domino: uel de fringendo ramo:uel ligno incidēdo. Res eunt ordine lite æstimanda.i. quum defringit̄ ramus quum incidit̄ lignum: quuʒ lis æstimat̄. Vel de fringēdo ramum:incidēdo lignū:æstimādo litē. Sed frequenti⁹ usi sūt ueteres abltō plurali in tali genere sermonis:ut Cicero: Orōneʒ aūt latinā pfecto legēdis nostris effici es plenioreʒ:idest legendo nostra. Nam singulari solebāt sæpius apponere ppositionē in cōmittendo prælio.

Gerundii Accusatiuus cum præpositione non tm̄ actiue accipi solet:ut tu es idoneus ad discendum:sed etiam passiue: ut hæc res facilis est ad discendum. *Gerūdii accusatiuus*

Gerūdii Accusatiu⁹ iungit̄ frequēter cum ad:rarō cū in. Item frequēter cū ob:ppter:& inter:raro cum ante. Vt uado ad capienduʒ hosteʒ:& in capiendū hostem. Ego ueni ob te:uel ppt̄ te redimenduʒ. Inter nauigādū pro in nauigando sæpe legim⁹. Vergili⁹ Et inter agendū Occursare capro cornu ferit ille caueto. Idem: Nāq; ante domādū ingentes tollent animos. Deniq; cū actō fere semper iungim⁹ ppositionem:præter pauca quædam:q̄ sunt loco:Conduco:Mando:Curro:habeo pro debeo:& si qua sūt alia: ut faciendā sepulturā locarent. i. darent alteri faciendam uel ipsi locarent se ad faciendum. utrūq;.n. significat:nō participiū est: sʒ gerundium illud faciendam. Illa autem participia in nomē transeuntia:putaui ad te scribendum:existimaui hanc rem tractandā: censui tibi illud significandū.i. dignum scribi:tractari:significari. *Gerūdii accusatiu⁹ cuʒ qb⁹ ppōib⁹ iungitur*

Margin notes: *Gerundia quō uariāt̄* (beside first paragraph)

Gerundii ablatiuo q̃ præpositiones seruiũt

Gerũdii Ablatiuo seruit ĩ frequẽter. cætere rari⁹. de ex uel e. a. uel ab & cũ. In: ut in nauigãdo in legẽdo: quod idẽ est quod ĩ ipso nauigare: uel in ipso legere. De: ut de edendo: de migrãdo: de agẽdo. Quintilian⁹. Quũ præcipere de apte dicẽdo cœperimus. Etiã cũ motu. Cicero ad atticum libro tertio. Tu quid cogites de transeũdo in epirum scire sane uelim. Ex uel e: ut ex defendendo q̃ ex accusando uberior gloria comparatur. A uel ab. Cicero. Ex quo ardescit siue amor siue amicitia: utrunq; enim dictum est ab amando. Et alibi: non distinguit a non dolendo uoluptatẽ. Plinius posterior. Sermonibus dies trãsigebat: quũ a scribẽdo uacaret. Cũ: ut Quintilian⁹. Sed ratio recto scribendi coniũcta cũ loquendo est. Regit autẽ hic ablatiuus sine p̃positione casũ: ut hos accusando: illos occidendo: totã ciuitatẽ labefactasti. Cũ præpositione in etiam regit: ut in tribuendo suũ cuiq;. Quandoq; uariat genera: ut in colendo agro: in pastinanda uinea: in nemore excidẽdo. Per de simili modo etiã regit: ut Cicero in Tusculanis. His præsertim cognitis quæ de nihil sentiẽdo paulo ante dicta sunt: nisi dicimus nihil aduerbium nunc nõ nomẽ. Et uariatur per genera: ut de accusatore cõstituẽdo: de collocanda filia. De prædio emendo. Per ex uel e: & a uel ab nescio an licet dare tali gerũdio regimen. Nullum enim exemplum occurrit. Variari autem per genera certum est. Cato. Ex plasmatis bibendis ex aluo lauanda. Et absilneas ab offendenda repu. Sed cauendum ne id uerbum significet motum quale esset. Reuertor ab arando: uel ab arando aruo. Redeo a spectando uel a spectandis ludis. Cum sit dicendũ reuertor ab aratione: uel ab aratione arui. Redeo a spectaculis: uel a spectaculis ludorum. Per cum uix locum habet talis oratio ut non participium sit porius q̃ gerundium: ut sedeo cum uiro coronando. i. qui coronabitur. non autem qui coronatur.

Gerundia quomodo accipiuntur

Gerũdia oĩa quũ sociata sũt substãtiuis passiue accipiũt. Disiũcta uero nõnunq̃ passiue: utiq; sine p̃positiõe & sine genere ĩ casu ablatiuo: ut apud Verg. Aliter uitiũ crescitq; tegẽdo: hoc ẽ quum tegitur uitiũ. Et iterũ. Vritq; uidendo fœmina. i. quũ uidetur fœmina. Quint. Memoria excolẽdo sicut alia oĩa auget. i. dũ excolitur: non autẽ dũ excolit: nec regit casũ: quale foret. Vrit fœmina uidẽdo a marib⁹: sicut dicim⁹ urunt uiri uidẽdo fœminas. Accusatiu⁹ quoq; cũ p̃positione nõ tãtum actiue accipi solet: ut tu es idone⁹ ad discendũ: sed ẽt passiue: ut hæc res facilis est ad discẽdũ quod etiã superius patuit. Quidam non indoctus hac ætate scribere ausus est. Iamiã urbs in periculo capiendi est: pro eo quod

est iam urbs in periculo est ne capiatur: siue hostis parum abest a capienda urbe. Cum semper sine substantiuo gerundium accipiatur actiue. Aut si a neutro uenit neutraliter. Hæc Lau. Tu uero in lima aliter leges de gerundiis in Di.

Gesta: uide acta. Gesta

Gestus est actio quædam & quasi pnunciatio corporis: gestio uero administratio & actio: q̄uis parum in usu est. Gestus Gestio

Gloriosa uictoria. i. plena gloriæ. gloriosus homo. i. affectator gloriæ: qualis miles gloriosus apud Plautū & Te. Ve℞ gloriosus qn̄ honestæ significātiæ ē p gloria habēte habitionē plēitudinē ꝗsignificat. Quando inhonestæ affectionem: ut dixi. Gloriosus

Gradū facere nō ē trāsitū facere: sed ad aliquā rē gradū & quasi scalaȝ ad alia facere. Ideoq; qbusdā dr̄: gradū iacere: ut si riuuȝ trāsire: si ī arborē fenestrāue aut tectū scādere uelim: ex saxo aut scāno aliqua ue alia re gradū facio. Quint. Interī ad ea q̄ sūt potētiora gradū ex his fecisse contēti. Cicero cōtra Rullū. Hūc q̄si gradū quēdam atq; aditum ad cætera factum intelligetis. Gradū

Gratū facere est quidā min⁹: & ppe illud quod obsequi & īser uire: ut Cicero. Si hunc iuueris gratissimū mihi feceris. Gratū facere

Gratificari ē qddā mai⁹: ut deū gratificari hoībus dicim⁹ non autē gratū facere: quasi idem sit quod beneficia conferre. Gratificari

Gratulari ē uerbo testari: te gaudere fortuna ac fœlicitate alterius apud eū ipsū: q affectus ē fœlicitate. Nōnūq̄ apud teipsū ob tuā fœlicitatē. Ideoq; fere postulat datiuū: ut gratulor tibi ob tuam præturā adeptam: gratulor manib⁹ meis: qbus ut te cōtigerēt datum est. Quinti. ꝙ misera puella nō gratulet̄ sibi: ꝙ illā paup accusare iā pōt. Poetæ nōnunq̄ ꝑtereūt drūm: utiq; quū fuerit pnomē: q̄ fuit causa ut qdā existimarēt: quo℞ est Apulei⁹: hoc uerbū idem significare quod gaudeo. Ouid. ī heroidibus. Gratulor oethaliaȝ titulis accedere nostris. gratulor inq̄ tibi uel mihi uel nobis. Idem tertio de arte: Prisca iuuent alios: ego me nunc deniq; natum gratulor: subintellige mihi. Et Interdū etiam oratores: ut Quint. Gratulemur iam ꝙ nulla ciuitas fame laborat. subītelli ge nobis. Dicimus aliquando gratulari pro eo quod est gratias agere: sed non fere nisi diis immortalibus: ideoq; proprie idem ē quod supplicare. Si quidem triumphantes in capitolium ascendebant: ioui optimo maximo cæterisq; diis gratulatum. Gratulari Gratulari p gratias age re &c.

Grator in eadē accipit̄ significatione: ī qua gratulor: sed Poeticuȝ historicūq; est. Virg. Iuueni germana uiā: gratare sorori. Grator Gratus

Gratus & iucundus quo differant: uide iucundus. Iucūdus

Grauis Graue suapte natura pōderosū significat: ut graue saxū graue scutū q. s. grauat nos ī ferēdo: & qđ ægre & cū molestia fert. Iñ p abusionē trāsferim⁹ ad senectutē: ad morbū: ad dolorē: qa hi q molestiā ex senectute morbo cæterisq; sētiūt: q̄si onere ītolerabi li pmūt: qđ cupide uelut graue pond⁹ a se uellet deponere. Neq; solū ad molestias corporis trāslatio hæc fit: ueq; ad molestias ani mi: ut grauis cōtumelia: grauis iniuria: grauis mæror: grauis iactu ra: q̄ aīum gñe quodā pōderis pmunt. Itaq; un⁹ mod⁹ ē quæ cor/ pori aut animo molesta sūt ea grauia appellare: eo q molestia a mole. i. ab re magna magniq; pōderis uocitata ē. Alter mod⁹ est q queadmodū grauia & grādia saxa ac graues trunci nō facile lo/ co mouētur: sed ad oēm tēporū mutabilitatē hærent. Ita homi/ nes cōstātes ac pditi sapiētia merito per figurā graues nominant q nec pcibus: nec minis: nec uāitate: nec pmissis ab æquo & iusto sūmouent: ut hi faciūt: quos leues uocamus: qui in similitudinē pulueris ac palearū ad omnē aurā uentilantur.

Gregatim Grægatim: per diuersos græges.

Gremium Gremiū ē intra cōplexum femorū feminū ue: quo ī cōplexu mulieres cōcipiūt: & p trāslationē gremiū terræ appellam⁹: quū semē suscipit: cōceptūq; retinet: quasi uiuētē fœtū postea paritura Quare quū lactant ī fātes ad sinū admouētur: pueri uero iā facti a sedētibus matrib⁹ utiq; cū illis blādiunt ad græmiū accipi solent. Vt Virg. de cupidine sub imagine pueri ascanii. hæret & īterdū græmio fouet īscia dido. Qui etiā matres nutrices ue quū sup ge nua collocāt īfantē aut extremis uestib⁹ repositū & ad uterū usq; sublatū gestāt: in gremio magis q̄ ī sinu tenere aut gestare dicunt ut idē de eodē. Et fotū græmio dea tollit ī altos Idaliæ lucos. Si

Sinus nus uero ē ītra pectoris brachiorumq; cōplexū. Inde sinus uesti/ um: quales erāt tunicæ romanorū: & modo quorūdā religiosorū supra cincturā laxitas illa uestis q̄ cingulum operit: Littora quo/ q; curua & quasi brachiis mare amplectētia sinus uocamus.

Grex Armentum Grex ouiū: grex caprarū: grex porcorū dicitur: grex deniq; ge/ nerali⁹ nomē ē. Armentū uero speciali⁹: utputa equorū asinorū mulorū boū camelorū elephantorū & similiū. Licet quidā tātū uelint esse boum quasi ab arando aramenta dicta deinde sublata tertia litera armenta.

De litera. H.

Habeo pol liceri cōue/ nire &c.  Abeo: Tātū habeo polliceri: inqt Cicero ad lētulū. Idē in Catone maiore: neq; eos solū cōuenire habeo quos uī di sed etiā quos audiui & legi. Idē ī oratore. Audire ha/

beo quid sentiat. Quod ut ipse interpretor idē est: quod pollicendum conueniendum audiendum est mihi.

Habere fidem: uide Dare fidem. Haberē fidē

Habere gratias: uide Agere gratias. Hrē grās

Habes quæ sentiā Brute de ratio:·e dicēdi. hæc habui de amicitia quæ dicerē. hæc sūt q̄ putaui dicēda hoc tēpore. Sunt uerba ciceronis ad extremū materiæ a se tractatæ: quibus & cæteri auctores uti solēt. Quītilian⁹. Habes Marcelle uictori: quib⁹ p̄cepta dicendi adiuuari posse p nos uidebātur. Et iterū nihil habui āplius: quod ī uniuersum p̄ciperem. Et iterū. Hæ fere sunt emendatæ loquendi scribendiq; partes. Habes quæ sentia3 hæc habui &c.

Habui orationem: nō feci orationem: feci sermonem potiusq̄ habui. Nonnunq̄ etiā habui. Cicero de senectute. Cyrus quidem in eo sermone quem moriens habuit &c. Habui orationem Feci sermonem

Harenaceus ex materia harenæ. Harenace

Haud scio haud ueli frequenti⁹ legim⁹ q̄ nō scio: & nō uolo. Haud

Hei & heu simile qd optinēt: tamen alterū datiuo: alterū accusatiuo iungit: ut hei mihi qualis erat: q̄tum mutat⁹ ab illo hectoř Terē. heu me miserū. Et fere cū hmōi p̄noibus. Nā cū alio noīe frequētius p exprobrationē: ut Virg. Heu stirpē inuisā. Aliquando etiā cū nomiatiuo: ut idem. heu pietas heu prisca fides. Eheu nulli casui seruit. Idem in. B. Eheu quid uolui misero mihi. Væ quoq; datiuo. Martialis. Si sciero: uæ tibi causidice. Hei Heu Eheu Væ

Herbaceus ex materia herbæ. Herbaceus

Hiare ē aliqd sua spōte & externa aliqua uel diffidere: ut tellus æstu & ligna ariditate ut nimio calore hiāt. Hiscere uero ē tātum oris & qdē humani: accipiturq; p eo quod ē loq: aut os aperire ad loquēdum. sed fere per negationē: ut coram illo non auderes hiscere: quid nūc habes quod hiscere audeas? Ouidi⁹ tamē poetice dixit: hiscere nempe tibi terra rodāda foret. Cū oratores soleant potius dicere dehiscere. i. deorsum se aperire. Hiare Hiscere

Hic spatio p̄piqore: Is uero lōgiore ītelligit̄. Multis tñ ī locis utrūq; locū hab3. Vt q p̄fert uirtutē diuitiis: hic sane fortis ē. Vel per cōpositionē: ut quæcūq; mulier adultera eadē uenefica est. Hic Is

Hypotheca: uide pignus. Hypotheca

Hoc magis: & eo magis: idē ē qđ tāto magis. Item Quomagis idē ē qđ quāto magis. Hoc cōpositū cū p̄positiōe ad significat p̄terea: ut apud Salustiū. Cognouerā paruis copiis bella gesta cu3 opulētis regib⁹. Ad hoc sæpe fortunæ uiolentiā tolerasse facundia græcos: scientia belli gallos ante romanos fuisse. Hocmagis Eomagis Quomagis

Holitor — Holitor ē q hortū holeꝝ exercꝫ: quē ñnulli hortulanū uocāt.

Holus — Holus quid sit: uide hortus.

Homo prudens ne dicam sapientem &c. — Hō prudēs ne dicā sapientē melius q̃ ne dicam sapiens. Cicero pro Deiotaro. Crudelis castor ne dicā sceleratū & impiū & hoc substantiuo præcedēte: sec⁹ autē sequente: quale esset. Crudelis ne dicā sceleratus & impius castor. Et prudens ne dicaꝫ sapiēs ho mo. Impriore eñ mō subintelligitur eū: sic. Crudelis castor ne dicam eū sceleratū & impium. In aliis casibus non est hæc diuersitas: ut idē. An sperasset hoc uiuo milone ne dicā cōsule: uel an sperasset hoc uiuo ne dicam consule milone.

Hordeaceus — Hordeaceus: ex materia hordei.

Horrearius — Horrearius: custos exercitor ue horrei.

Hortus Holus Horti — Hort⁹ i singulari pluraliq; ꝑ hortis holitoriis accipit᷑. i. holera ꝓducētib⁹. ē. n. hol⁹ oīs herba satiua q̃ uescimur: & cuius foliis & caule i eduliū utimur. Horti uero in plurali arborib⁹ cōsiti dñr: & amœnitatis uoluptatisq; cā pati. In supiore igit᷑ significatiōe dicimus. Vnū hortū: duos tres hortos. In posteriore unos, binos, ternos hortos: nisi alicuius auctoritas aliud sibi uendicauerit.

Hospites — Hospites sūt: iā q i priuato alicui⁹ hospitio sūt: q̃ q i publico Diuersoriū uel tabernā meritoriā appellam⁹ Tā q recipit q̃ q recipitur. Vñ Oui. Nō hospes ab hospite tutus. Ci. Per dextrā istā: quā hospes hospiti porrexisti.

Hospitales homines — Hospitales hoīes q amore nō ꝓcio hospitiū suū cōicant. Nam hospes ꝓꝓe uocat᷑ ille receptor q ꝓuati & amicitiæ cā recipit ul re cipit᷑. Cice. Fuit mihi cū illo uet⁹ hospiciū. i. amicitia uel familiaritas uel mihi hospitādi apud illū uel illi apud me.

Hospitium — Hospitium & priuatum & publicum dicitur.

Hubertim — Hubertim idem est quod copiose.

De littera. I.

Iam — IAm elegāter usurpari solꝫ. Aliqñ q̃si ꝑ tūc: ut Qui. Q đ si satis prudēter ea uiderit: iā ꝓpe cōsūmata fuerit ꝑcipiētis. Aliqñ ꝑterea significat q̃si nod⁹ qdā iter snīas: ut Virgili⁹. Iā uarias pelagi uolucres. Idē efficiet iūctū cū uero Iā uero urbib⁹ cōstitutis &c. Iā iā de futuro palā ē qd significet: ut

Iamiam — iā iā aderit. Et de pñti licet ad futuꝝ resoluat᷑. Iā iāq; manu tenet: & ꝑmit hasta: quasi nūc nūc tenebit. Non nunq̃ figurate ꝑ idignationē miseratiōnē ue accipit᷑: ut idē Virgil. Iam iam nec maxima Iuno: nec saturni⁹ hæc oculis pater aspicit æquis. Quintil. Iam iā malo uenena ferrū subitos ictus improuisamq; mortem. Per miserationem uero Salustius in Iug. sic. Iam iam animo meo charis

sime frater q̄q̄ tibi ĩmaturo & unde mĩme decuit uita erepta ē:ta mē lætandū magis q̄ dolēdū puto casū tuū. Per exhortationem quoq;:ut apud Quīt. Iam iā cōmilito quicūq; casus manet: etiã si te iperator dānatur⁹ ē habēs solatiū:sati⁹ est q̄ a patre occidi.

Ianua pietis ē ac domorū. Porta uero murorum munitionūq; atq; castrorū. Murus antē & paries quo differūt:uide in. M. — Ianua, Porta, Murus, Paries

Idē eadē idē:quasi pro etiā poni solet:ut Cicero. est huic con iuncta beneficentia:quā eandē uel benignitatē:uel liberalitatem appellari licet:id est quam etiam. — Idem

Identidem frequenter. — identidem

Id ætatis. Cice. dixit. Scipio aphrican⁹ id ætatis atq; his reb⁹ ge stis. Illud id ætatis idē est quod ea ætate:sicut dicim⁹ decem ānis uixi. & more græco decē annos:quā honestiorē locutionē Serui us putat. Vel aduerbialiter ponitur: Vel subītelligit̄ habens:uel agēs:uel natus id ætatis. — id ætatis

Igitur:uide ergo. — igitur

Ignot⁹ & passiue & actiue legit̄. Quītilian⁹. Ne q̄s tamen erret ignot⁹: non ē filii mei nouerca:sed mater. Iguot⁹ dixit pro igno rans:& pro hospite & alieno non pro ignoratu. — ignotus

Illignus ab illice possessiuum. — illignus

Immigrare:uide commigrare. — immigrare

Impleo & Refercio & similia uerba abltū̃ sine p̄positiōe postu lāt:ut Impleui nauē frumēto:& referfi apothecā uino. Et tñ aliq̄ñ addim⁹ illā p̄positionē de sic. Impleui nauē de omni gn̄e frumē ti. Et refersi apothecā de uaria natura uinorū. uix ausim dicere ĩ pleui oĩ gn̄e frumēti:& refersi uaria natura uinoꝝ. Cicero de ora tore. Quærebat cur de ꝓœmiis & de epilogis & de huiusmodi nu gis(sic enī appellabāt)referti eēnt eoꝝ libri. Hic nequaq̄ licuiss̃ sine p̄positiōe loq. Nō enī libri illi referti sūt ꝓœmiis & epilogis sed p̄ceptis ꝓœmioꝝ & epilogoꝝ. Sicut ĩ superiorib⁹ nō est nauis ĩpleta oĩ genere frumēti:sed frumēto oĩs generis. Neq; apothe ca referta omni natura uinorū:sed uino omnis naturæ. — impleo, Refercio

Impleo gtō & abltō iūgit̄. Liui⁹. Ipse multitudinē quoq; q̄ fer me regēti ē similis religionis iustæ ĩpleuit. de abltō patuit supra. — impleo

Impendere:uide Appendere. — impēdere

Impiosi populi:hoc ē latū ĩperiū possidētes. Impiosus hō ostē tator ĩperii ĩ exercēda sæuitia qualis Torquat⁹ apud liuiū: qui fi lium sæuitia ob imperiū contemptum occidit. Vnde imperiosus appellatus est. Verū imperiosus quādo honestæ significantiæ ē pro imperio habente habitionem plenitudinēq; significat. Quā — imperiosus

do inhonestæ affectionem.

Impono tibi &c. Impostor — Impono tibi hoc oneris notũ est: quid significat: impono tibi: idẽ quod decipio te. Quintilian⁹. Spes tibi ꝑpetuæ laudis imposuit. Vnde impostores dicunt: qui alios uerbis pollicẽtib⁹ incantationibusq; seducunt ac decipiũt.

Imputare — Imputare: uide exprobro.

In æs icisæ sũ litere — In æs incisæ sunt litere: uide postea in marmore.

In aĩo est — In animo est: uide Cordi est.

Incedere Incessus — Incedere ẽ ãbulare: inde incessus siue tardus siue festin⁹: siue cõmot⁹ incõposit⁹ ĩmoderat⁹: ꝑprie tamen sublimior quidam & fastum præ se ferẽs. Vergilius. Regina ad tẽplũ magna stipante caterua incessit. Et iterum. Et uera incessu patuit dea. Quod seneca quodã loco declarat. Tenero ac molli passu suspendimus gradũ nec ambulamus sed incedimus.

Incestus — Incestus: uide adulterium.

Incisim — Incisim id est minutatim.

Incola Inquilin⁹ Incola — Incola q ĩ alteri⁹ regiõe habitat: & ĩ aliena ciuitate: atq; rep. Inqlin⁹ q in alieno priuato: ꝑprie tamẽ in cõducto siue ĩ urbe siue ruri. Rursus ícola ita differt ab Accola: ꝙ incola q ĩ loco: Accola q ad locũ habitat. ideoq; quicunq; iuxta aquas sũt accolæ dicuntur: nec refert in suo an in alieno: ut Accola uulturni: accola padi. At qui in montibus domos urbesq; positas habent: incolæ dicuntur. Qui iuxta montes accolæ.

Incumbo — Incũbo studiis & ĩcũbo remis. Verg. Validis ĩcũbite remis. Incũbo in studia & ad studia. Sed non incũbo ĩ remos & ad remos.

Incuria — Incuria. i. negligentia.

Incusare — Incusare: uide Accusare.

Indicere — Indicere: uide edicere.

Indiem — In diẽ aliud multo ẽ q̃ in dies. In diẽ plerũq; cũ hoc uerbo uiuit iungit̃. Quĩtilian⁹. Nõ ut fere uolucres ꝑsẽtis modo cibi memores in diem uiuũt duraturos hyemi reponere uictus. Aliquãdo sed raro cũ alio iungit̃ uerbo: ut Salusti⁹. Panẽ in diẽ mercari quasi dicat ꝑsẽtis diei habere rationẽ: nihilq; cogitare de crastĩo.

In dies — In dies ẽ idẽ qđ quotidie: sed ꝑprie cũ quodã incremẽto. iõq; plerũq; cũ cõperatiuo: ut Cũ indies malũ arctius ꝑmeret: Et quũ in urbe infinitũ malũ serperet: idq; manaret in dies latius. Etiam sine comparatiuo: sed tamen per uerbũ significans incrementum ut liuius. Crescente in dies multitudine.

In horam In horas — In horã: & ĩ horas eãdẽ dĩaz habẽt: quã in diẽ & ĩ dies. Cicero ĩ philip. Hæc q ĩ horã uiuũt: nõ mõ de fortunis & bonis ciuium:

ſed ne de utilitate qdē ſua cogitauerūt. Ver. Gallo cui⁹ amor tātū mihi creſcit in horas. Quātū uero nouo uiridis ſe ſubiicit aln⁹. Indoles est nō ſolū in pueris & adoleſcētib⁹ ſignificatio futuræ uirtutis: ut Quint. i primis ānis laudaret indoles. Cice. Vt. n. adoleſcētib⁹ bona indolæ p̄ditis: ſapiētes ſenes delectāt. Et Valeri⁹ titulū de indole fecit: nō tm̄ puerorū adoleſcētūq; exēpla repetens ſed etiā in uiris: & quidē p̄ſētis uirtutis: ut idē Cicero de off. i qb⁹ eſt uirtutis indoles cōmouent. Lucan⁹. Indoleſi dignū latia ſi ſanguine priſco: Robur i eſt animis. Indole inqt quaſi generoſitate quadā uirtutis atq; aī. Liui⁹ ad malā quoq; ptē: & ad muta atq; inanimata trāſfert loquēs de hānibale. Si cū hac idole uirtutū ac uitiorū triennio ſub aſdrubale impatore meruit. Et alibi. Sicut i frugibus pecudibuſq; non tantū ſemina ad ſeruandā indolē ualent: quantum terræ proprietas cæliq; ſub quo aluntur: &c. Indoles

Indulgentiā uulgo nunc accipiūt ꝓ uenia: ut indulgentiaꝫ tibi deus tribuat. Vel de⁹ tibi indulgeat. qđ qs neget dici non latine. Indulgere. n. eſt cōcedere: & ut ſic dicā obſequēter delicateq; tribuere. Cui⁹ rei admoneri certe debuerā illo trito uerſu neſcio cuius: ſed certe inter minutos auctores latiniſſimi. & quo mille annis nemo carmen ſcripſit elegāti⁹. Indulgere gulæ noli quæ uentris amica ē. Quītilian⁹. Mollis illa educatio: quā indulgentiam uocam⁹. neruos oēs & mētis & corporis frāgit. Nō ergo indulgētia ꝓ uenia accipiēda ē. Eſt. n. uenia remiſſio culpæ: ut idē. Peccaui & ueniā peto. & errare hoīs ē: & ignoſcere patris. Meli⁹ q e cōtrario Veniā ꝓ indulgentia accipiūt. Ver. Orantes ueniā: & templū clamore petebāt. Et Cicero ꝓ archia. Dabitis mihi hāc ueniā id eſt idulgebitis cōcedetiſq; hoc ſi forte peccauero. Et cū uenia tua dixero: hoc eſt ſiquid erro tamē cū pace tua & (ut iſti loquūtur) cū licentia tua dixero. Frequenter legim⁹. facio tibi poteſtatem eundi & redeundi: quē in modū mallē ego dicere: q̄ do tibi licentiā. Porro dare poteſtatē plus eſt q̄ facere poteſtatē. Eſt. n. dare poteſtatem rem alterius arbitrio committere. Indulgētia Venia Facere poteſtatem Dare poteſtatem

Induſtrius ab induſtria habemus non autē induſtrioſus. Induſtrius

Inelaboratū dicit: quod nō artificio ſatis excultū ē. illaboratū uero quod ſine labore uidet factū. illđ uitio dari ſolet: hoc laudi. Inelaboratum Illaboratuꝫ

Infenſus uehementer iratus: & odium gerens. Infenſus

Infeſtus uehemēter moleſt⁹ atq; in aduerſū uadēs: inde infeſtare incurſib⁹ crebris moleſtia afficere. Et ſigna infeſta q̄ i aduerſū tendunt: hoc eſt uexilla in hoſtē euntia: ut moleſtiā inferāt. Moleſtare autem rarius inuenitur q̄ infeſtare. Infeſtus Infeſtare Moleſtare

inficiator — Inficiatoris significat q negat se uel debere quod actor petit; uel cómisisse quod accusator obiicit. unde stati⁹. Cóiecturaľ dr̃ in

stat⁹ cóiecturalis — ficialis in quo semper reus inficiať: uel inficias ait. Inficiari eñ &

inficias ire — inficias ire est uerbo negare. Nam negare est aliquando & facto: ut Vergilius. Sed quis fortuna negarat in patriam reditus.

inficias eo — Inficias nomen habet solum accusatiuu casum: & eo is it uerbum: ut inficias eo: pro nego.

infidus Perfidus — Infidus cui nõ est fidendũ: a fido descẽdit: qđ habet p̃mã longã: siue fido a fidus. Perfidus uero dicitur qui fidẽ uiolat: idq́ a fides ascendit: quod habet primam breuem: ideoq́ hæc duo adiectiua uario accentu efferuntur.

De infinitiuo ac gerundio qñ utemur — Infinitiuũ q̃dã orones magis postulãt: q̃dã gerundiũ: q̃dã utrũq́. Adiectiua magis infinitũ siue actiuũ siue passiuũ: substãtiua gerũdiũ gtĩ dũtaxat casus. Nã de accusatiuo mox dicã. Tu es dign⁹ hr̃e opes: & es dign⁹ honorari. Tu es læt⁹ me bñ ualere: & tu es lætus me honorari. Rursus tp̃s est gaudẽdi: locus ẽ postulãdi: commoditas ẽ alloquẽdi. Participia aũt & multa adiectiua a uerbis deriuata: utrãq́ formã sibi uẽdicant. Sed pticipia iũcta ĩfinitis dñr

Adiectiua ĩfinitũ substãtiua gerũdium plerũq́ requirunt — seruare ui pticipiorꝝ: iũcta gerundio uim nominũ. Timẽs nauigare & nauigandi: cupiens discere & discẽdi. Doctus: pitus: prõptus: cõsuet⁹: cantare & cantãdi. Timid⁹: cupidus: auid⁹: nauigare & nauigandi. Nã illud admonitione non indiget. Optĩa res ẽ agricolare recte dici. Optima res est agricolandi dici nõ recte: qa sic illđ resoluiť. Agricolare optĩa res: hoc resolui sic non põt. Agricolandi est res optima. Nisi forte dure & aspe sic. ipsa. n. res agricolandi ẽ optĩa. Quare illũ nõ ꝓbauerim q dixit. Non est mihi opus respõdendi: cũ eẽt dicẽdũ respõdere: ut sit suppositũ me respõdere: op⁹ uero appositũ. Itẽ habeo a patre mãdatũ cõueniẽdi te: latine dr̃: Mandatũ ẽ mihi a pr̃e cõueniẽdi te: dr̃ non latine: quia mandatũ hic uerbũ ẽ: unde nõ põt regi hmõi gerundiũ. Illic nomẽ substãtiuũ unde regitur gerundii gtũs. Nisi in utraq́ orone exceptione utaris. In prima quidẽ: ut sic ĩtelligas: habeo a patre mandatũ cõuenire te. s. hoc ipsum cõueĩre te. In secunda uero: ut mandatum sit nomen: nõ uerbũ aut participiũ: q̃si mandatum adest mihi. Ad quã tergiuersationẽ cõfugere nõ poterit q̃spiã in talibus exẽplis: habeo ĩ tabulis publicis a patre mandatũ cõueniẽdi te: hic nõ poterit dicere conuenire te. Itẽ ẽ mihi iunctũ ac mandatũ conuenire te: ubi dicere non poteris cõueniendi te. Cicero tamen ad uxorem nouo quodam modo locutus est. Cum in animo haberem nauigandi: pro eo quod est nauigare: ut libro. i. de diuinatione:

haberetq; in animo nauem conſcendere. Itaq; ſubintelligitur ꝓ/
poſitum ſiue uoluntas ſicut in illo fit apud eundem. Cum illius
diei mihi uenit in mentē. & alibi. Nō minus ei uenit in mētē po/
teſtatis q̄ æquitatis tuæ. Vbi quidā uolūt accipi gtūm ꝓ ntō. Mi/
hi potius placet ſubintelligi cōditio ſtatus: qualitas illi⁹ diei: tuæ
ptātis: tuæ æquitatis: aut aliqd ſimile. Ita hic ꝓpoſitū ſiue uolūtas
ut ſit cū habet̃ ĩ aĩo ꝓpoſitū nauigādi. Venio nūc ad accuſatiuū
gerūdii. Dicim⁹ taq;. Induxi te ad nauigādū: non autē nauigare.
niſi more græcoꝶ: qui cū careant gerundio fungūtur infinito cū — Actūs gerū/
articulo raro ſine eo: licet nūc quidā frequētiſſime utātur. Vt nō — dii
ueni ſoluere legē: ſed implere: pleriq; eruditoꝶ dixiſſent: nō ueni
ad ſoluendū legē: ſed ad implendam: quos & ipſe nūc imitor: & i/
mitādos oĩbus arbitror: ſed ad rem. Vocaui te ad currendū: non
currere. Sto ad ꝑdādū nō prædari. Sedeo ad audiendū nō audire
Vado ad uenandū nō uenari. Rurſus Iuſſi te arare non ad arādū.
Cogito inſidiari nō ad inſidiandū. Timeo ædificare nō ad ædifi/
candū. Quædā uerba cū utroq; cōueniūt: hortor te ſtudere & ad
ſtudendū. Flagitor reſpondere & ad reſpondendū: parat⁹ ſū ſcri/
bere & ad ſcribēdū: ego ſū aptus pugnare & ad pugnandū: ille eſt
idone⁹ militare & ad militaddū. Quæ omnia rara ſunt. Nam ple
raq; huiuſmodi accuſatiuum poſtulant. Vt bonus utilis commo/
dus: malus inutilis incommodus ad militandum.

Infra: uide Intra. — infra
Ingenioſus q habet ĩ ſe uehemētiā ac copiam ingenii. — ingenioſus
Ingenui ſūt: qui libera matre nati: poſtea ſerui facti ſunt. — ingenuus
Ingredior nūc ad locū ſignificat: ut ĩgredior foꝶ uł ĩ foꝶ. Nūc — Ingredior
ĩ loco quod ē ābulo & ĩcedo. Cicero. li. v. ad atticū. Si dormis ex
pergiſcere: ſi ſtas ingredere.
Ingurgitare: uide obruere. — ingurgitare
Inhibeo ē re iā ĩcepta. Prohibeo uel gñale ē uł añ rē ĩceptam. — inhibeo
Vetat em̃ ꝓhibeo ne qd facias neq̄d ĩcipias. Inhibeo uero ne per — Prohibeo
gas ire: deſiſtaſq; ab ĩcepto. Vergi. Hoſpitio ꝓhibemur harenæ.
Idem: parcite iam rutuli & nos tela inhibete latini.
In horam & in horas dictum eſt ſuperius ibi. in dies. — in horam
Inim⁹ gratiā nobis alicui⁹ dr̃: non autē inimus amorē aut beni — in horas
uolentiā: ſed conciliamus. nec conciliamus gratiam: ſed inimus. — inire
Quaꝶ oĩum orõnū eadē fere ſnĩa eſt ac ſi hoc uerbo uterer cōpo
uel cōtraho: niſi ꝙ inire gratiā eſt magis fauorē compare q̄ amo/
rem: ut apud Quintilianum. Quin etiā hoc timeo ne ex eo mino
rem gratiā hic liber ineat: pleraq; non inuēta p me ſed ab aliis tra

dita cōtinebit. Dicimus itē ineo rationē: ineo fœdus: ineo pacē: ineo societatē: ineo bellū: ineo pugnā: ineo uiā q̄si capesso atq̧ ingredior: qđ nō nisi ī re mōtosa siue grādi graui ue dici solet. Nam nō ita recte loquor: ineo prādiū cœnāq̧: ut ineo conuiuiū. Vnde principiū rei maioris initiū uocat᷑: ut initiū rationis. Et hui⁹ uerbi participiū absolute positū sine regimine maiorib⁹ reb⁹ adhibet᷑: ut ineunte pueritia: ineūte adolescētia: ineūte ætate: ineūte uere: ineūte æstate: ineūte hyeme: ineūte āno nouo: nō aūt ineūte dormitione: ineūte cōuiuio: ineūte díe: ineunte nocte: sed incipiēte. Vide etiam in. C. uidelicet Conciliare.

Initium: uide inimus.

Initium
Iniuriosus

Iniuriosus sp̄ actiue ab auctorib⁹ accipi solet p̄ eo q̄ iīuriā facit.

In manu & manib⁹ est

In mānu est: & ī manib⁹ est utrūq̧ accipit᷑ p̄ eo qđ ī ptāte est. Cicero. Nō est istuc ī manu mea. Et fili⁹ in p̄ris: & seruus ī dn̄i manu esse dicit᷑. Vn̄ mancipiū & manumissio. Lucan⁹. In manib⁹ uestris q̄tus sit cæsar habetis. Salusti⁹. Victoria in manu uobis ē: uiget ætas: animus ualet &c. Etiā dicim⁹ in manib⁹ est in alia significatione p̄ eo qđ ē inter man⁹ est. Cicero in catone maiore. Septim⁹ mihi liber originū ē in manib⁹: oīa antiq̄tatis monumēta colligo.

In marmore incisæ sūt litere &c.

In marmore īcisæ sūt literæ: in gemma ī lapide: ī ligno: nō aūt in marmor: in gēmā: in lapidē: in lignū. E diuerso in æs: non in ære. Ita enim apud omnes auctores q̄tū inueni semp̄ scriptum est: Hæc Lau. Tu aūt uideto limam.

In mētē uenit &c.

In mētē uenit mihi: occurrit mihi: succurrit mihi: subit mihi: p̄ eodē accipi solēt. Sꝫ hoc ultimū frequēter quoq̧ ad miseratione. Vergi. Subiit chari geitoris imago. Subiit deserta creusa. Vbi nequaq̄ decuisset ī mētē uēit de charo geitore: & de creusa deserta: Iūgit᷑ ēt hoc uerbū accusatio: ut curti⁹. Sera pœnitētia subiit regē

In morem

In morem: uide instituta.

Innocuus
Innoxius

Innocu⁹: inq̄t serui⁹: est cui nō nocet᷑: īnoxi⁹ q̄ nō nouit nocere Vergi. Dōec rostra tenēs siccū: & sedere carinæ oēs īnocuæ. Sed nō est accipiēdū q̄ sederunt tales ut eis nihil noceret: sꝫ ul' more poetico q̄ nihil peccauerūt: q̄si inocētes hoīes. nocētes eīn sunt q̄cūq̧ ab honesto recedūt: ēt si nemini noceant: uel q̄r nō nocuerūt neq̧ sibi ipsis: neq̧ uectoribus ac nauiis.

In primis

In primis potēs. i. īter primos si de masculīo loq̄ris: si de fœmina inter primas: si de neutro īter prima. Nā idē pollet ī primis & inter primos: ul' inter p̄mas: uel inter p̄ma. At si defuerit adiectiuū utiq̧ accipiet᷑ ī neutro: q̄le est illđ Vergi. In p̄mis uenerare deos. Nisi sit tale: quale apud eundē. In primis regina quietū. Accipit

in teucros animum. Vbi inter primos accipiendum est: aut inter primos & inter primas.

In primis doct⁹ dr̃: ntō in primis doctissim⁹: ne duas res super/lationē habētes cōiūgam⁹. Idē sentio de inter primos & cū p̃mis licet Salusti⁹ si modo codex nō sit mēdosus aliter dixerit. Ac sa/ne qđ difficillimū est ī primis & p̃lio strennuissim⁹ erat: & bonus cōsilio. Similia his sūt ī paucis: cū paucis: īter paucos: itē sup omīs ante alios: præter cæteros: sed hæc & si positiuo frequētius gaude ant: tamen nō nunq̃ patiunt̃ suplatiuū: ut Pli. lib. xxxvi. De usu ab synthii cōuēit dicere herbæ facillime: atq̧ īter paucas utilissime. Verg. lib. ix. Petit añ alios p̃lcherrīs oīs Turn⁹ auis atauisq̧ potēs — In p̃mis doctus; Inter p̃mos; In paucis; Cum paucis &c.

In rem præsentem: uide in præsens. — In re3 p̃nte3

Inquilinus: uide incola. — Inquilinus

Instat mōtis equū diuina palladis arte. Instar Serui⁹ ait ad simi/tudinē. Quid similitudis equo ad mōtē: q̄ si ēt similis eēt: nō tñ eū magnū potius q̃ paruū eē: qđ Verg. senserit ītelligerem⁹. Ar/chimedes ille geometric⁹ globū ad similitudine3 cæli fabricatus est: in quo effigies cæli aderat: magnitudo nō aderat. Ide3 fit de tabula illa depicta ad similitudinē orbis terrarū: quā nō ausi3 dice re depictā instar orbis terrarū. Neq̧ alia multa hmōi: ut instar An tonii ambulas: instar patris scribis: instar languidi sedes: sed ad si/militudinē: uel in modū: uel ī morē: uel tanq̃ & similia. Instar po ti⁹ significat ad equiparationē uel ad mēsurā: ut apud eūdē Ver/gilium. Argolici clypei aut phœbeæ lampadis instar. Cicero he/xametrorū instar uersum. — Instar

Instituta & institutiōes differūt. Instituta em̄ sūt mores cōsilio & rōne sūpti. Nā mores bonos & malos dicim⁹: & in morem. i. si militudinē: ut in morem leonis. In morē stagni placidæq̧ palu/dis inquit Verg. Institutum aūt bonus mos: ut faciā meo institu to: licet institutū nonnunq̃ significet inceptum propositum ab in stituto quod est incipio. — Instituta; Institutiōes

Instituta uero ut institueram dicere boni mores sunt consilio & ratiōe sumpti apud Valerium max. Titulus est de institutis an tiquis: quasi de moribus antiquis.

Institutiones sunt p̃ceptiones: quib⁹ instituunt̃ & docent̃ ho/mines: ut libri a Quintiliano & Lactantio multisq̧ aliis auctorib⁹ inscripti de institutione oratoria: siue alio noīe atq̧ materia.

Instituo: uide instituta. — Instituo

Instratū Vulpianus inquit omne uestimētū cōtineri qđ inlici atur: equorum quoq̧ operimentum instratum uocatur. — Instratum

214

Intentio — Intentio non pro uoluntate atq; proposito accipitur:sed ꝑ cõtentione:ut intentio nerui in cithara:aut in arcu: qui quo magis intenditur:eo uehementiorem uel sonũ ue ictum efficit:quo magis relaxatur:eo remissiorem.

Inter agendum &c. — Inter agendum:inter actionem:in agendo.

inter cœnandum &c. inter consulendum &c. — Inter cœnandum:inter cœnam:in cœna:super cœnã:inter consulendum siue consultandum:inter consilia siue cõsultationes. In consulendo:siue consultando.

Interdico tibi aqua & igni:non aũt ĩterdico tibi aquã & ignem: Neq; ĩterdico te aqua & igni. Illud aũt trib⁹ modis ĩ passiuũ mutabit̃. Vnus ẽ tibi interdictũ ẽ aqua & igni:quod ẽ frequẽtissimũ Alter hic:aqua & ignis tibi interdict⁹ ẽ. Tertius hic:tu ĩterdict⁹ es aqua & igni:sed tamen hic modus ẽ cæteris rarior.

Interest — Interest: uide cui⁹. Vide ẽt mea. Vide quoq; magni & tanti.

intercedit mihi tecum &c. — Intercedit mihi tecũ amicitia:ĩtercedit tibi cũ illo affinitas:intercedit sibi mecũ necessitudo:Hoc ẽ amicitia affinitas:necessitudo ĩter nos ẽ media q̃dã:q̃ nos cõciliat. tribũi ĩtercesserũt:cœpio intercedit. Cato ĩtercessit. hoc ẽ ĩ mediũ se uerbis & ui opposuit

Interrogo Percontor Sciscitor — Interrogo noscendi gratia adhibet̃. Percõtor uero arguendi. Sciscitari:ut ipsa uox indicat sciendi causa interrogare est.

Intra infra — Intra & ĩfra differũt:q; ĩtra ad numerũ & spatiũ refert̃:ut ĩtra uigĩti dies:& ĩtra muros. Nõ aũt infra uiginti dies:uel infra muros: infra ad dignitatẽ & ad locũ:ut infra dignitatẽ meã ẽ: & infra tectũ id est subter tectũ. Deniq; intra habet relatiuum extra:infra uero supra. Subter quoq; relatiuum habet super.

introcludo — Introcludo te in interioribus claudo:si reperitur.

intercludo — Intercludo te:iter tuum impedio:& quasi intercludo. Ver. Interclusit hyems & terruit auster euntes. Cicero. Qui iter pœnorũ cadaueribus corporum suorũ intercludendum putauerũt. Qua

interſepio — ratione etiam dicimus intersepio.

interuerterẽ — Interuertere:uide inuertere postea.

inuenire — Inuenire:uide excogitare.

inueteratus — Inueterat⁹ ab ĩnueterasco descẽdit:habetq; significationẽ nec actiuam plane nec passiuã ut complacitus.

inuertere interuerterẽ — Inuertere ẽ quasi ĩ ĩ cõtrariũ uertere:ut ĩteriora uestis aut pellis aut aliarũ rerũ exteriora facere; ꝓposteręq; uerba ꝓnunciare: ut ꝑ lauo: Vola. Et ĩteruertere ẽ rem:aut cõmodatã:aut depositã:aut

inuestigo Peruestigo Vestigo — creditam callide:doloq; ne domino restituat̃ efficere.

Inuestigo & ꝑuestigo ñ solũ q̃ro:sed & q̃dẽ frequẽti⁹ q̃rẽdo ĩuenio. Vt sit uestigo q̃ro:ĩuestigo & peruestigo q̃si acquiro. Ductũ

est aũt hoc uerbũ a uestigiis tanq̃ signis indiciisq; quib⁹ ad rei no
titiam peruenimus.

Inuicē mutuo. Quinti. in declinationibus. Inuicē sustinētes: in Inuicem
uicē inixi. i. alter alterū sustinens: & uterq; alteri innitens. Inuicē Mutuo
quoq; ediuerso uel ecōtrario. Quinti. Qui si nihil īuicē præstēt:
indigni fuerunt defensione. Plinius posterior: habes urbanas in
uicem rusticas scribe. Vide in Mutuo.

Inuidia p̄ter illā significationē notā: est uel dicto uel facto in al Inuidia
terū maliuolētiæ cōciliatio: ut si q̄s referat ostēdat u[illegible] calamita
tes suas: ut auctori calamitatū odiū cæterorũ cōciter: & hoc uocat̃
īuidiā facere: uel uocare āt adducere ī inuidiā. Inde inuidiosa res
q̄ atrocitatē facti augēs īuisū illud uel illius auctorē facit. Et inui
dia quasi atrocitas uel detractio: in quā significationē accipio illū
uersum. Inuidiam nimio cultu uitare memento.

Inuidiosus passiue accipit̃. Ille em̄ significatur: cui habet̃ inui Inuidiosus
dia: nō is qui inuidet: hoc passionem significat utiq; cū a uerbo ue
nit: secus quum a nomine.

Ioc⁹ est ī uerbo: lud⁹ in facto. Vtrūq; tñ patit̃ exceptiōes: ut Iu Iocus
uenal̃. Quotiēs uoluit fortuna iocari. Nō. n. de uerbo ītellexit: s; Ludus
de facto. & Ouid. Mille fac eē iocos: turpe ē nescire puellā. Lude
re ludēdo sæpe parat̃ amor. Iocos p̄ ludo & ipse posuit. Ioca quo
q; p̄ iocos nō nūq̃ legim⁹. Cicero ad atticum. Itaq; ioca tua plena
facetiarũ. E diuerso lud⁹ p̄ ioc⁹. Horati⁹. Sed tñ amoto quæramus
seria ludo. Hic ludere p̄ iocari frequēter inuenit̃. Plini⁹. Ludere
me putas serio peto. Ludere dixit p̄ iocari: & se non ioco agere: s;
serio: q̄ duo cōtraria eē. Quit. auctor. est īquiēs. Locū uero accipi Serio
mus qd̄ ē cōtrariū serio. Ludere ēt dr̄ uersib⁹ scribere: sed nō fere
nisi in opusculis: qualia sūt epigrāmata: & hæc opuscula dicuntur
lusus. Alludere aūt quid sit uide in. A. Alludere

Is ea id: uide hic. Is ea id

Iste & ille si audire Priscianū uolum⁹ hoc differūt: q̄ iste spatio Iste
p̄piquiore: Ille aūt lōgiore ītelligit̃. Cui⁹ auctoritas p̄limos ī er Ille
rorē īduxit: q̄ p̄ istud dicūt illd̄. Velut si ad hoīem lōge positum
scribas: qd noui in illa urbe ē: mihi notū facis: p̄ eo quod est ī ista
urbe: quod nō mediocre peccatū est. Nā de me loquēs dicere de
beo: hoc caput: hæ man⁹: hæc ciuitas. De te uero: istud caput: istæ
manus: ista ciuitas. De tertia autē p̄sona: illud caput: illæ manus:
illa ciuitas. Cice. ī Antoni. remoue paulisper illos gladios. Vnde Istic: istinc
nascunt̃ aduerbia istic: istinc: istac: istuc: istorsum: isto. Vt idem ad Istac: istuc
Lentulū. Qui istic ueniūt aiunt te supbiorem esse factum: idest q istrorsū: isto

ab ista ꝓuincia in qua agis huc in italiā romāq; ueniūt. Aliquādo

Iste pro hic — iste accipit̃ ꝓ hic: ut Quinti. Iuuenis iste de quo summa ĩ reb⁹ hu/ manis monstra fingunt̃. Et iteꝶ. Hic iuuenis patris sui hæres sol⁹ inuētus ē.

Ille per eminētiam — Ille quoq; nonnunq̄ ꝑ dignitatē aut ꝑ eminētiā ponit̃ indicans esse: quod oēs habeant nosse: ut Alexāder ille magnus: ille censorinus Cato. Architas ille tarentinus.

Istrio — Minus — Istrio q ꝑsonatus in scæna tragœdias agit comœdiasq; uoce & corpis gestu. Min⁹ q uel ĩtra uel extra scænaꝫ gesticulatiōes q̄sdā exercet imitaturq; mores hoīuꝫ ac naturas ꝓsertim obscæne. Nā

Mimorum scriptores — mimoꝶ scriptores res obscænas & amores tractāt. Istriōis nomē primū e thusco quodā hoīe tractū eē. T. Liuius ac Valerius maxi mus autores sunt. Mum⁹ e græco uenit Mimeomæ quod est imi

Mimi — tor. Mimi aūt tam hoīes q̄ poemata uocantur.

Ita — Ita pro sic: ut Quīti. Sed hæc eloquēdi ꝓcepta sicut cognitioni sūt necessaria: ita nō satis ad uī dicēdi ualēt: &c. Accipit̃ ēt ita pro ualde: ut Cicero. Nec ita multo post edictū bruti affert̃ & Casii. Quīti. Nec res ē ita magni tp̄is ac laboris. De ita uide ēt Vt:

Iter facere — Iter facere: uiam facere: uiam munire: iter habere.

Viā facere — Iter facere: & iter hr̃e differūt. Iter facere ē ut imꝑiti loquunt̃: itinerare: ut periti ingredi: iter aut uiā. Viā facere ē ꝓprie ubi non

Munire uiā — erat uia ac transitus aperire. Munire uiā ē repugnare: reficere: ac substernere interdū lapidib⁹: q̄les sunt uiæ romanæ: silicib⁹ stratæ

Præses: ut diffinit Vulpian⁹ is ē: q mai⁹ ī ꝓuīcia īperiū h; oīb⁹ post pricipē. hic p̄sidiū dictū ē auxiliū pricipale. Nam subsidiū id qd̄ ī auxiliū succedit dr̄. Et milites q ī tutelā oppidi castelli similiumq; collocati sūt: p̄sidiū uocāt̄: ut īpositū ē p̄sidiū Caiete. Nā p̄sul antiqt⁹ is dicebat̄ q prim⁹ erat īter salios. i. martis sacerdotes romæ dūtaxat: a saliendo dicti in portandis ancilibus. Præses Præsidium Subsidium Præsul Salii

Præsidium: uide præses. Præsidium

Præsul: ibidem. Præsul

Præstatio nō p̄stitio dicit̄ a præsto præstiti præstitum. Præstatio

Præsto sū idē ē qd̄ adsū: nec alteri fere uerbo coheret: nisi uerbo substātiuo & huic simplici. Nā p̄sto adsū magis poeticū ē. Si Præsto sum

235

gnificat aũt tria: ut adsũ: uidelicet pñs sũ: fauere psidioq̃ eẽ: & ad/
uenio. Ci. ĩ Bruto. Quib⁹ qdẽ causis tu ẽt Brute psto fuisti. Et pro
murẽa. Ius ciuile didicit multũ uigilauit: laborauit psto multis fuit
Et ad herẽniũ: hyrũdies æstio tpe psto sṫ: hyeme pulsæ recedũt.
Et ĩ epi. frequẽter. Stator tu⁹ mihi cũ lr̃is psto fuit. Et ppe accipi
solet hoc ultimũ p eo q̃ nũc dicim⁹ cõpareo. Vt siq̃s aliq̃ dignita
te ĩperioue affect⁹ alteri sic iubeat. Cras mihi ad hunc locũ & ad
hãc horã psto sis. i. cõpareas & te repræsẽtes: atq̃ exhibeas mihi.

Prætor — Prætor qui pturã gerit. Prætorius qui præturã gessit.

Prætorius

Præuarica/tor — Præuaricatores. Vulpian⁹ ĩqt: eos appellam⁹ q cã; aduersariis suis donãt: & pte actoris ĩ ptẽ rei cedũt. A uaricãdo enim præuari catores dicti sṫ. Itẽ alibi. Præuaricator ãt ẽ q̃si uaricator: q diuersã ptẽ adiuuat pdita sua cã: qđ nomẽ labeo a uaria certatõe tractu; ait. Nã q puaricaṫ ex utraq̃ pte cõsistit. Huic assẽtiri uideṫ Marti an⁹: q ait. Accusatorũ temeritas trib⁹ mõis detegiṫ: & trib⁹ pœnis subiiciṫ. Aut eĩ calũniaṫ: aut puaricaṫ: aut tergiuersaṫ. Calũniari ẽ falsa crimĩa ĩtẽdere. Præuaricari uero uera crĩa abscõdere. Tergi uersari ĩ uniuersũ ab accusatiõe desistere. Et iterũ. Præuaricatorẽ esse eũ ostẽdim⁹: qui colludit cũ reo: & trãslatiue munere accusã/di defungiṫ: eo q̃ pprias qdẽ dissimularet pbatiões: falsas uero excusationes admitteret. Quod nos qdẽ uerũ fatemur eẽ: legeq̃ antiquit⁹ de puaricatorũ pœna fuisse: ut Cicero ĩ philip. li. ii. Ve/reor. p. c. ne quod turpissimũ ẽ: puaricatorẽ mihi apposuisse uide ar. Deniq̃ puaricatorẽ appellam⁹ quicũq̃ a pscripto officii sui de flexerit atq̃ aberrauerit. Pli. li. xix. Arator nisi incuru⁹ puaricaṫ. Plini⁹ iunior ad Tacitũ. Alioquĩ puaricatio est trãsire dicẽda: p/uaricatio est cursim & breuiter attingere: quæ sũt inculcanda: insi genda repetenda. Et Adam præuaricatum fuisse dicimus.

Calũniari

Præuaricari

Tergiuersari

Præuarica/tor

Prior — Prior refertur ad unum. Primus ad plura.

Primus

Pridie — Pridie & postridie simillimã obtinet significationẽ ei: cui⁹ sũt heri & cras. Est. n. pridie q̃si heri: ñ tñ pñtis diei. Et postridie cras ñ pñtis diei: sed cuiusdã alteri⁹: aut pteriti aut futuri. pteriti sic. pri die q̃ ĩtrarẽ mare: serena lux fulsit. futuri sic. pridie q̃ ĩtres pñas sa crificiũ facito. i. die pcedẽti: quo aut mare ĩtrasti aut pñas ĩtrabis

Postridie

Pridie pos/tridie cum genitiuo — Itẽ Postridie q̃ pr̃ mortẽ obiuit epulũ feci. Et postridie q̃ uxorẽ duxero: nauigãdũ mihi ẽ. Vel cũ gtõ sic. Pridie illi⁹ diei: & postri die illi⁹ diei: quo hæc & hæc feci: aut faciã: uel sine q̃ & sine diei: sic Venit ad me Chremes postridie clamitãs: sup. illi⁹ diei quo hæc gesta sṫ. Et quũ ĩtraui urbẽ: audiui hoĩe; pridie recessisse. Dicim⁹ tñ quũ has literas dabã: erat pridie calẽdas augusti: uel postridie

nonas. Et hodie ē pridie ludoꝵ circensiū. Cras est postridie nundinarū. Refertur enī tale tēpus nō ad hodiernū crastinūq; diem sed ad aliū quēdam: ueluti ad eum quo hæ literæ legentur.

Pridem: uide dudum. — Pridem

Primipilus qui primipilatum gerit. — Primipilus

Prisca quæ superioribus seculis: aut superiore ætate ut prisci latini: priscus tarquinius: prisca tempora. — Priscus

Pristina q̄ fuerūt sup̄iorib⁹ ānis: mēsib⁹ dieb⁹: & q̄ nr̄a memoria fuerūt: ut pristina nr̄a amicitia: pristina bn̄ficia nr̄a. Neq; recte hic dicas prisca: neq; illic pristina. At uero si de reb⁹ q̄ nō senescūt loquaris pristinū nō priscū dicem⁹: ut pharos & tyrus nunq̄ in pristinū statū redibunt. Maria in freto messanēsi laborāt: ne mōtes: si lucano credimus: repetant pristina confinia. — Pristinus

Probrū & opprobriū Vulpian⁹ īqt: idē ē. Probra q̄dā natura turpia sūt: q̄dā ciuiliter: & q̄si more ciuitatis īproba: ut puta furtū adulteriū natura turpe. Enī uero tutelæ dānari hoc nō natura ꝓbrū ē: sed more ciuitatis. Vulpian⁹ ꝓbrū accipit ꝓ īfamia tantū qualis ē ex furto: uel ex male gesta tutela: ñ ꝓ flagitio: qđ p̄ricipale significatū ē. Nā ꝓbrū idē ē qđ dedec⁹: hoc ē crimē ignominia atq; infamia. Præterea nec simile ē sane ꝓbrū opprobrio: qđ quidē ē aliqñ facto: sed frequēti⁹ uerbo. Horati⁹. Sic teneros animos aliena opprobria sæpe. Absterrent uitiis. Quin. Modo maledictis opprobriiq; uulgi: modo crebra riualiū contentione pulsatus: abigi tamē cōpesciq; nō posset. Opprobriis dixit: quasi exprobrationibus atq; cōuiciis. Et alibi. Facile ꝓrūpis ī opprobria: facile quodlibet obiicis. Pro eodē fere posuit opprobria & cōuicia. — Probrum — Opprobriū

Procax: uide proteruus. — Procax

Procōsul nō qui ꝓ alio cōsule præest ꝓuinciæ: sed qui cum potestate cōsulari extra ordinē ad aliquā ꝓuinciā administrandam mittit̄: præterq̄ ꝙ nō. xii. fasces eū præcedūt: qui præcedunt consulem: sed tantum sex ut etiam prætorem & præsidem. — Procōsul

Profluens pro flumine ponitur. — Profluens

Prohibeo: uide inhibeo. — Prohibeo

Proinde idē ē qđ ideo: uel potius ideoq;. semper. n. dependet a superiore sētētia. Quidā quorū ē lucreti⁹ accipiūt pro īde in eā significationem quam dedimus perinde: ubi proinde duas syllabas habere facit. — Proinde

Promontorium: uide collis. — Promōtorium

Proprætor ñ ꝓ alio p̄turā: sꝫ q extraordīariā p̄turā gerit. Ita & quidā ꝓquæstor. & siqui sūt alii huiusmodi nominum magistratus. — Proprætor

Proprietarius | Proprietarius cuius est proprietas prædii.
Proquestor | Proquestor: uide propræor.
Prosequor | Prosequor: uide persequor.
Proteruus Procax Petulans | Proteruus: procax: & petulãs: multũ similitudinis hñt: & q̃si aliđ alio magis increscit: tã in factis q̃ ĩ dictis. Tria hæc tũ quãdam lasciuiam libidinemq; declarãt: tum íniuriã. Proteruia leuior q̃dam cõtumelia: procacitas maior: petulantia maxima. Petulãs ꝑ libidinoso lasciuoq; accipi notum est: ut petulãsq; iuuẽta. Et ouidius Quin etiã: ut possem uerbis petulãtius uti. Non semel ebrietas ẽ simulata mihi. i. lasciuius ac licẽtius. Vergilius itẽ ait hædiq; petulci. Procaces quoq; meretrices legimus
Prouoco | Prouoco: uide lacesso.

De littera Q.



Quadrimus | Vadrimus: uide anniculus.
Quãoptime &c. | Quã optime & similia: uide ibi ꝑ positiui propriũ est.
Quãuis | Quãuis: uide & si.
Quãdoquidem Quando | Quãdo quidẽ: & Quãdo idẽ significãt. Et significant qm̃. Vergilius. Quãdoquidẽ ausonios nõ fas cõtingere portus. Itẽ hic tibi fabor em̃ qñ hæc te cura remordet. i. quoniam.
Quanq̃ | Quanq̃: uide & si.
Quanti | Quanti: uide Tanti.
Quapropter | Quapropter: uide Ergo:
Quare | Quare: ibidem siue namq;:
Quæ | Quare ꝑ quia interdũ accipit̃. Ouidius in fastis. Nihil aliud uestam q̃ putãt intellige flammã: Nataq; de flamma corpora nulla uides. Similiter Cicero: Nõ solũ nobis nati sumus: Ortusq; nostri partẽ sibi patria uendicat partẽ amici.
Quæstorius | Quæstorius denominatiuũ est a Quæstor.
Qui q̃ qđ | Qui quæ qđ relatiuũ frequẽter nõ respõdet añcedẽti: neq; in genere: neq; in numero: utiq; quũ reflectitur eius sñia ab antecedẽte ad seq̃ẽs substãtiuũ. De masculino in neutrũ: ut Salustius. Est locus in carcere quod tullianũ appellatur. Quod aliter dixit Valerius maximus libro scđo. Antea senatus assiduã stationẽ: eo loci peragebat: q hodie senatuluȝ appellatur. Et Pli. In coitu uero lunæ quod ĩterluniũ uocãt: quũ apparere desierit. De masculino quoq; ĩ fœmininũ mutato ẽt nũero: ut Cicero. Om̃s tenues atq; hũiles: q̃ maxima ĩ pp̃lo multitudo ẽ: sibi præsidiũ patũ putant: & plura hmõi. Vide plura de hoc apud Vallã. ca. cxviii.
Quicquid Quodcũq; | Quicquid: & quodcũq; nõ accipiũtur ꝑ eodẽ: cũ alteꝝ sit substãtiuũ: ut qcqd festiuũ. qcqd molle: quicqd tenerũ: quicqd iocũ

ditatis: qcquid gaudii; quicquid pecuniarũ. Alterum adiectiuũ: ut quodcunq; cœlũ: quodcunq; scutũ: quodcũq; saculũ. Quisquis uero: & qcũq; pro eodẽ accipi solẽt. Quisquis Quicunq;

Quid & aliqd substãtiuũ ẽ: qđ & aliquod adiectiuum. Dicimus em̃ qd feci: nõ aũt quod feci. Aliquid feci. Itẽ qđ malũ feci: non aũt quid malũ feci: sꝫ qd mali. Et scio qd faciã, nõ aũt scio qđ faciã. Video qd facis sæpius q̃ uideo quod facis. Ita & cætera ab iis cõposita: quiddã quoddã: Nam qddam adheret adiectiuo: quoddã substãtiuo: ut mirabile quiddã: quiddam maius. At quoddã tẽplũ quoddam nemus: quoddam antrum: oppidum quoddam in quo nulli fere errant. Hic aũt multi ꝑ quicq; ponẽtes quodq;. Vt optimum quicq;: honestissimum quicq;. Vbi nõ liceret poni quodq;. Ex his liquet exemplis: optimũ quodq; prædium. Honestissimuꝫ quodq; consilium. Nam substãtiui natura est coniungi cum adiectiuo. Adiectiui uero cũ substãtiuo quasi cõnubio quoddã. Ideo ubicunq; est substantiuum desiderat adiectiuum quasi coniugem impatiens alterius substantiui. Rursus adiectiuum sine substãtiuo tanq̃ sine uiro esse non põt cũ altero adiectiuo nihil cõsortii hñs. Quid aliqd Quod aliquod. Quid.

Quid solet usurpari ꝑ ĩ quo. Quĩti. Quid tibi tñ mali fecit? qd offendit. & alibi. Si qd offẽdit. Ci. ĩ lælio. qd. n. ĩdigẽs aphri. mei. Eodẽ modo nihil; ut nihil te offendi.

Quin ꝑ qn ẽt siue atq; ẽt. Verg. Quin aspera iuno: q̃ mare nũc terrasq; metu cœlumq; fatigat. Cõsilia ĩ melius referet. Quin pro ut nõ: seu cur nõ ubi desideraẽ utiq; subiũctiuũ uerbũ: ideq; nõ pn cipale: ut idẽ. Hic tibi ne qua moræ fuerint dispẽdia tãti, qn uatem insanã aspicias. Quin ꝑ cur nõ sp interrogatiue: & p ĩdicatiuũ. idẽ Quin tu aliqd saltẽ poti? quoꝝ ĩdiget usus. Viminib? molliq; paras detexere iunco. Cicero itẽ ꝑ Rabirio. Quĩ cõpescitis istã uocẽ indicẽ stultitiæ testẽ paucitatis. Quĩti. In paupe amatore. Quĩ tu potius admittis iuuenis cõsilii rationẽ. Quin. Quinetiam

Quippe lꝫ ꝑ certe accipiaẽ: tñ mali accipe ꝑ causatiua: ut Quĩti. Nã cõtra plures reperias: & faciles ĩ excogitãdo: & ad discendum promptos: quippe. i. homini naturale &c. Quippe

Quisq; suplatiuũ ascíscit: relinqt aũt oĩs & cunctus positiuo: ut optimus quisq;: sapiẽtissimus qsq;: ꝑ eo qđ ẽ. vnusquisq; q ẽ bon? ac sapiẽs. uel oẽs boni: & oẽs sapiẽtes. Nõ em̃ liceret dicere boni quiq; & sapiẽtes quiq;. Nec oẽs optimi: & cũcti sapiẽtissimi. Non recte ergo Priscian? ĩ ꝑemio oĩm iudicio cõprobaẽ eruditissimoꝝ. Idẽ intelligo si suplatiuus ĩ alio casu ponaẽ q̃ illud quisq; sic: maximo quisq; aĩo diuitias despicit. Valẽtissim? qsq; corpis lõge abest Quisq; cum suplatiuo. Omnis cum compatiuo.

257

a ſapiētia. At uero cōparatiuis nō quiſq; cōuenit: ſ; oīs. Vegetius tñ nō ꝓpolitꝰ ſane ſcriptor inqt honeſtiores quiſq; milites ꝑ honeſtiſſimi quiq;: & Lactan. de officio. Nā ſi ita eēt: placidiora quæq; aīalia uel nihil fellis oīno uel minꝰ hērent q̄ feræ. Maluiſſe; ego dicere oīa placidiora aīalia: ut Quīti. in ægro redēpto. Rus ſeruulos penates: & oīa utiliora ꝓperāti feſtinatiōe parētis addixi. Ex poſitiuis aūt illa excipiunt̄ q̄ carēt ſuplatiuo: q̄lia ſūt q̄ habēt i: uel u āte us: ut piꝰ: & ſtrenuus q̄ nō nunq̄ patiunt̄ ſuplatiuū. Iōq; utrāq; rōne; ſequūtur. Oīs pius: & pius qſq;. Carēt ēt ſuplatio illa nūalia. ſecūdus tertiꝰ q̄rtus qntꝰ: & deinceps. Dicimꝰ itaq; ꝑmo quoq; tpe: prīo quoq; die: ſic ēt t̄tio quoq; uerbo excitabat̄. Et qnto quoq; āno de moribꝰ iudicabat̄. Hæc & plura Lau. Tu tñ in lima leges quiſq; iūgi: & poſitiuo: & cōparatiuo: & ſuplatiuo.

Quiſquis: Quiſq; & qcūq; ꝑ eodē accipi ſolēt: ut quiſqs es huc uenias.

Quicūq;. Quiſqs in ntō: & qcquid tm̄mō dr̄: in actō qcquid: ī abltō quoquo: q̄qua quoquo. Seruiꝰ aūt ait utraq; parte declinari hoc ꝓnomen quiſquis: cuiuſcuius cuicui &c.

Quo pro ut Quuo ꝑ ut reſolui ſolet: q̄le ē. Nō caſtigo te: ꝙ odio hēam: ſ; meliorē efficiā. Vbi ꝙ pro quia reſoluit̄.

Quo magis Quo magis: idē eſt quod quanto magis.

Quo minus Quo minus: id eſt ut non.

Quo ſecius Quo ſecius etiam ꝑ ut non.

Quo modo Quo mō & quēadmodū poſſumꝰ eodē mō quo ſicut uſurpare

Quemad/modum ꝙ Qđ ſcribis gaudeo: & qđ ſcribas: utroq; mō dicit̄. Volo qđ ſcribas: nō āt ꝙ ſcribis. Illiꝰ ſupioris hæc ſimilia ſūt. Credo opinor puto lætor: uoluptatē capio: & reliq̄. Huiꝰ poſterioris hæc. Mādo: iubeo: īpero. Exigo poſtulo &c. In illo tñ ſupiore cauēdū ē: ne diuerſoꝝ modoꝝ uerba copulemꝰ. q̄le foret illud Terētii qđ nonnulli ſic legūt. An ꝙ uiā ignorāt an ꝙ irā pferre nequeūt. Cui ſimile illud aliud ē apud eūdē. Nihil ē: nihil deſit tñ: cū ſit potiꝰ legēdum deſit nō deſit: ut bonis auctoribus placet.

ꝙ autem. Quod autem: uide nam.

ꝙ uero Quod uero: uide nam.

Quodcūq; Quodcunq;: uide quicquid.

Quoq; Quoq; ꝑma lōga ſic utimur. Prīo quoq; die quīto quoq; āno: Tertio quoq; uerbo &c.

Quoties Quotus frequenter ſignificat quot: ut Mart. Dic quotꝰ es? q̄ti cupias cœnare: nec unū addideris uerbu;: menſa pata tibi. i. quot eſtis: & quot tecū habes. Cicero ꝑ ligario: quotus. n. iſtud quiſq; feciſſet. i. nullus uel rarus.

Quot dieb⁹:uel ĩ singulos dies nihil ĩteresse Põpõius ad Vlpianũ scribit. Corrũpere ẽ illud põponi:& Vulpiane lĩguã latinã nõ adiuuare:q̃s unq̃ dixit: quot dieb⁹ & nõ poti⁹ quotidie. Quis etiã quot mẽsib⁹:& nõ singulis mẽsibus:hæc & plura Laurẽ. Tu tñ in lima leges recte dici & latine:quot dies:quot mẽses:& hmõi. Quot

De litera R.

RApere manifestã significationẽ habet quũ de aliis rebus loquimur:quũ uero de psonis duob⁹ mõis accipit᷑. Vno qui ad res ptinet:uelut apud Verg. Quid facere. quo se rapta bis cõiuge ferret:rapta dixit ꝓ ablata. Et alibi. Raptas sine more sabinas. Altero ꝓ eo qđ ẽ ui₃ afferre:uel atq; uitiare:uel si nõ asportet:nec fœminã loco educat:qđ ꝓpe de uirginib⁹ q̃ uitiate sunt dr̃:ut apđ Senecã:q eandẽ legẽ nõ eisdẽ uerbis repetit:quodã loco sic extulit. Rapta raptoris aut mortẽ aut ĩdotatas nuptias optet. Alio loco sic Vitiata uitiatoris ãt mortẽ aut ĩdotatas nuptias optet. Rapere.

Rasiles calathi:q̃si rasi nihil extãtis ac redũdãtis plenitudinis. Ver. tñ Et torno rasile buxũ q̃si rasibile dixit. Rasilis.

Rationẽ hẽo:idẽ ẽ qđ respectũ hẽo:s₃ tm̃mõ ĩ bonũ:ut habeñ dalẽ ratio salutis:ratio honoris:rõ rei familiaris. nõ aũt ĩfirmitatis turpitudinis: incõmodoꝝ. Cicero ĩusitati⁹ inq̃t ad Mariũ. Pudori tñ malui cedere:q̃ salutis meæ rõnẽ ducere. Et ĩ scđo officiorum. Siue rõ cõstãtiæ uirtutisq; ducit᷑ aut hæc ars ẽ:aut nulla oĩno ꝑ quã eã asseq̃mur. Et hoc fit cũ gtõ. Cũ ablatiuo aut ꝓposita ꝓpositione cũ hẽt aliã significationẽ:ut Cicero in catone maiore. Rationem habeo.

Rationẽ hẽt cũ t̃ra:q̃ nũq̃ recusat ĩperiũ.i.negociũ:& hẽt cũ terra cõmerciũ. Idẽ ad atticũ. Cũ oĩb⁹ musis rõnem hr̃e cogito.

Rationẽ cõstare ẽ æquã legitimãq; rationẽ:aut oñdi:aut apparere ostẽdi posse Plynius iunior. Nihil & tentãdi aliquid & quiescẽdi illo auctore rõ cõstabit. Vulpianus. Plane si descendẽdi grã aliquid fecerit:rationẽ ei cõstare oportet.i.rationẽ eũ iustam aut ostẽdere:aut facile posse ostẽdere. Rationem cõstare

Recaluaster:uide antoniaster. Recaluaster

Reduco:uide deduco. Reduco

Refercio:uide impleo. Refercio.

Refero tibi acceptũ dicim⁹:ꝓ eo qđ ẽ fateor me abs te accepisse:neq; id mõ ĩ bonã partẽ:uerũ ẽt in malã:ut ꝓ Deiotaro Cicero Vitã acceptã₃ refert clæmentiæ tuæ. Refero.

Rettulit aũt pompeius ad senatũ.i.cõsuluit. In eadẽ tñ snĩa Põpeius ad ppl'₃ tulit. Ex illo fit Senatuscõsultũ:ex hoc rogatio:quæ istar ẽ legis. Rettuli expẽsũ.i.rões de ĩpẽsis cõfeci:uel exhibui.

238

Referre gratias Referre graiias:uide agere gratias.

Refert Refert:uide mea. Item magni & tanti.

Refigo & alia ex re cõposita Refigio qđ fixũ erat educo:ut Retego qđ tectũ erat denudo Retexo quod erat textũ: reddo non textum:& quaſi infectũ qđ erat factũ. Recludo qđ clauſũ erat apio. Reuelo uelamẽtũ tollo Reſigno qđ erat ſignatũ:obſignatumue relaxo & patefacio. Et multa huiuſmodi alia ſunt:multa non ſunt:ut repeto:repoſco:re/nouo:repræſento:reuello:remoueo:remaneo.

Rhegini Regiẽſes & huiuſmodi Rhegini ex oppido calabriæ. Regiẽſes ex oppido galliæ ciſalpinæ:quoꝝ oppidoꝝ utrũq; uocatᷣ rhegiũ. Albani ex oppido al/ba ĩ latio. Albẽſes ex oppido albe ad lacũ facinũ:qa aqbuſdã albani dicũtᷣ. Cumani ex oppido cumaꝝ ĩ cãpania. Cõmẽſes ex oppido como ĩ gallia ciſalpina:quã lõbardiã nũc noĩant. In qua ipſa gallia & finitimũ Como ẽ Borgomum: uñ Bergomẽſes. Bergamuȝ ex qua pergamẽ ĩ Aſia a q̃ urbe:qa ob penuriã chartæ ab Atthalo rege miſſa ẽ mẽbranaꝝ copia. Mẽbranæ pgamenæ ſũt nominatæ. Thebani a thebis ĩ græcia. Thebæi a thebis in ægypto.

Remigrare Remigrare:uide migrare.

Repetundarum &c. Repetũdarũ & de pecuniis repetũdis:ñ hȝ alios caſus:& dubi/tari põt pticipiũ ne ſit:ſiue nomẽ:an gerũdiũ. Verres accuſat⁹ eſt repetũdaꝝ uel de repetũdis pecuniis. Cũ dico repetũdaꝝ ſubitelligo pec ia ꝝ Quo noĩe pecũiæ:& oĩa qb⁹ dite cõſtãt cõtieri dicim⁹. Hæc accuſatõ ꝓprie cadi ĩ eoꝝ:q cũ forẽt mgr̃at⁹ ꝓuĩcialib⁹ aut ui aut dolo eripuerũt pecũias:aut uaſa ꝑtioſa:ueſtẽ: frumẽtuȝ nauigia:nũmos. Mutatᷣ ãt e ĩ u. Repetũdaꝝ.n.erat dicẽdũ. Sȝ tertia cõiugatio ꝑter cæteras hoc iuris hȝ:ut lr̃aȝ hãc ĩmutare poſſit. Vel ob hoc ſaltẽ repetũdaꝝ dr̃ ut differat ab illo qđ dr̃ ad res re/petendas:quo ſignificatᷣ prĩcipi aut populo erepta eẽ uel pecoꝝ uel hominũ uel locoꝝ ac terraꝝ agrorumq; corpora.

Reperire Reperire:uide excogitare.

Repoſitorium Repoſitorium:ubi reponitur quid.

Reſipiſco Reſipiſco:uide deſipio.

Reſciſcere Reſciſcere ꝓprie ẽ rẽ poſtq̃ geſta ẽ ſcire:quã neſciebas cũ ge/reres:præſertim ad te tuoſue pertinentem.

Rhetor Rhetor:uide declamator.

Ridiculus Ridiculus homo:ridicula res:ridiculũ caput: id eſt deridendũ Eſt ſæpe etiã neutrum:ſignificatq; plerũq; ſermonem riſus poti⁹ q̃ deriſus excitantem.

Rixa Rixã ĩter & turbã teſtĩonio Vulpiãi rectiſſime labeo ait ml̃tũ ĩtereſſe. Nãq; turbã multitudinis hoĩȝ eẽ pturbationẽ:& cœtum.

Rixã ẽt duo℞. Ego tñ assero turbã ĩter duos eẽ: & ĩter multos: queẽadmodũ rixã nõ sp ĩter duos: ut apud Liuiũ. Concursu hoĩm rixa ac ꝑpe pliũ fuit. & nõ lõge post. Cũ cõuersus ĩ patres impetꝰ esset cõsulum intercursu rixa sedata est.

Rosaceus ex materia rosæ. Rosaceus

Rosariũ magis copiã fruticũ uno locó rosas gignentiũ: q̃ ipm locũ ubi sunt ii fruties significat. Quem locum ne rosetum quidem appellare possis: cũ idẽ significet quod rosariũ: nisi p contẽtum significet continens. Rosarium

Rubicũdus uere rubens: ergo idem erit rubicundus & rubens. Rubicũdus.

Rumor uide limam. Rumor

Rursus ecõtrario. Cicero officio℞ tertio. Neq; me doloribus dedí: qbus esse; confectus: nisi restitisse;. Nec rursus ĩdignis hoĩe docto uoluptatibus. Rursus

De littera S



SAcer sacra sacrũ facit diminutiuũ sacellꝰ sacella sacellu; Vnde hoc sacellum pro templo modico. Sacer a.crũ. Sacellꝰ a.u;.

Sacrariũ repositoriũ sacrorum. Sacellũ.

Sagarius uenditor sagorum. Sacrariũ.

Salio vnde saltus pro eo quod est saltum facio. Saltó tripudio unde saltatio interdũ salio ꝓ salto. Virg. ii. ii. geor. Mollibꝰ ĩ pratis unctos saliere per utres. Salio. Salto.

Saltus ẽ quales ceruo℞ leporũq;: Saltatio uero illa hoĩm iactatio quã uulgo tripudiũ uocãt. Et l; sallo ꝓ salto accipit̃: nõ tñ saltꝰ pro saltatio saltatus ue: q eiusdẽ significatiõis ẽ. Liuius. Fere ac p urbẽ ire cũ tripudiis: solenniq; saltu iussit. Saltus. Saltatio.

Saltus sylua inuia: uide lucus. Saltus Silua.

Saltuarius custos saltus. Saltuarius.

Saltuosus potius q̃ saltosus dicit̃. quæ eñ quartæ sunt declinationis assumunt u: ut multuosus fructuosus. Saltuosus.

Saluber siue qđ usitatiꝰ ẽ salubris dr̃ aer cibꝰ potꝰ locꝰ: multaq; huiusmodi: idẽ fere q̃ salutifer siue salutaris. Sanꝰ hõ dr̃: cæteraq; aĩalia. Res salubris ꝑbet sanitatẽ: hõ uero recipit. Potest & ꝑbere tuncq; saluber q̃si salutifer dici. Sed ĩ utroq; ẽt aliq̃ repit̃ exceptio Saluber. Sanus.

Siquidẽ sanum aerẽ: sanũ cibũ: sanũ locũ uocamus: quasi salubrem & præbentẽ sanitatẽ. Contraq; salubris ꝓ sano, Salustiꝰ. Genus hominum salubri corpore uelox.

Salue: uide Vale. Salue.

Salutare: uide uale. Salutare

Sane tũ affirmatiue sumit̃: ut ita sãe: sane uero. Tũ ꝓ ualde: ut h õ sane nobilis. Interdum cũ superlatiuo: ut Suetoniꝰ de uita cæ

ſaris. Bellum ſane difficillimum geſſit: cum permiſſiue: quotiens aliquid aduerſario tribuim⁹: ut ſit ſane: ut ais: ut Quītilianus. Tulerit ſane filius noſter merito pœnas: dederit ſpiritū ſupplicio: nihil de præteritis loquamur: quaſi eſto: ita ſit: ut uis.

Saneq̃ — Sane q̃ pro ualde uel perq̃. Aulus gel. Sane q̃ utile. Seruius ſulpitius ad Ciceronē. Poſtea q̃ mihi renūciatū ē de obitu filiæ tuæ: ſane q̃ ꝑ eo ac debui grauiter moleſteq; tuli. Et ad eūdem cælius. Sane q̃ literis cæſaris ſumus cōmoti.

Sarcina — Sanus: uide ſaluber.

Sarmentuꝫ. — Sarcina: uide aceruus.

Saturare. — Sarmentum: uide maleolus.

Satiare. — Satiare ad oēs ſenſus attinet: ſaturare ad unū guſtū. Nam figurate locut⁹ ē Cicero. Iracūdiā meā ſaturas tuo ſanguine: quaſi ſitim meā ſaturas. ſatiare frequēter ad animū trāſfertur.

Saxatilis. Sectio. Sectilis. — Saxatilis incola ſaxorum.

Sectio crebrius reperitur q̃ ſecatio.

Sectile porrū legimus nō tā ſectibile. Quid eīn nō eſt ſectibile q̃ ſectū. & ſua ſponte cōciſum. Nā cōciſum & ſectū introrſū uidet̃.

Securicula. — Securicula parua ſecuris.

Scd̃m — Secūdū nō nunq̃ pro iuxta & poſt. Verg. Dulcib⁹ illa q̄dē illecebris aut plena ſecundū flumina. Sulpiti⁹. M. Marcellū. Poſt cœnæ tp̄s a magio cillone familiari ei⁹ pugione ꝑcuſſum eē: & duo uulnera accepiſſe: Vnū in ſtomacho alterū ī capite: ſcd̃m autē hic iuxta ſignificat. Itē qd̃ ab altero ſcd̃m eſt. i. iuxta ē atq; poſt. Ideo ſcd̃m ꝑ poſt accipit̃: q̃ſi ſecundo loco. Liui⁹. lib. ix. Hetruſci belli fama exorta ē: nec erat ea tēpeſtate gens alia: cuius ſcd̃m gallicos tumultus arma terribiliora eſſent. Scd̃m accipit̃ ēt ꝑ eo quod eſt pro: ut ſcd̃m te litē do. ſecundum me iudica. i. ꝑ me. Et pro in: ut ſecundum qetem. i. in qete ſomni. Scd̃m autē platonem ſcd̃m pythagoram. ſenſus hic notiſſimus eſt.

Secus — Secus ꝓxime ad uim cōpatiui accedit: nā ut dicimus multo magis: ita multo ſecus. Cicero. Multo ſecus euenit: multo aliter.

Sedere. — Sedere de hoībus aliter dicit̃: aliter de auibus. Nā cætera nō ſedēt niſi ſimia & aliqd ſimile. ipſum uero ſedere auiū eſt in loco altiore eē: ut paſſer ſedet ī tecto: hirundo ſedet ī ꝑtica Cornix ſedet

Sidere. Deſido. Subſido. — ī arbore. Deniq; eodē mō dicit̃ auis ſedere ſup rē q̄piam: ut hō ſup equū nō dicit̃ ſtare aut manere ſꝫ ſedere. Sidere aūt a ſedere mlt̄ū diſtat. eſt. n. ſidere deorſum deſcēdere. Verg. Sedibus optatis geminæ ſup arbore ſidūt. i. ab alto dimittunt̃: unde Deſido. Subſido ut idē ſubſidere ualles: & iterū. ſubſedit dubi⁹. Nā ut ego ſentio a

sedeo pteritũ mutuat;inde isido quoq3 isedi: & resido resedi. Assi do assedi:siqdẽ assideri ẽ apd aliquẽ:ut ægrotũ:ut regẽ sedere. Assido.

Seditio:uide factio. Seditio

Sedicula a sedes diminutiuũ. Sedicula.

Seges:uide fruges. Seges.

Semel:uide ad summam. Semel.

Sementis:uide Messis. Sementis.

Seminariũ nõ locus:sed semẽ ipsum.i.plãtulæ. Seminarium

Senatorius denominatiuũ est a senator. Senatorius.

Senator qui senator ẽ: aut qui fuit. Senator.

Senes:uide antiqui. Senes.

Senecta ẽ senilis ætas. Iuuẽta aũt iuuenilis : & ut qbusdã placet dea ipa melioris ætatis & iuuẽtutis. At senect⁹ idẽ qđ senecta. Iuuẽtus uero ẽt frequẽtia iuuenũ:nõ solũ ætas. Senecta. Iuuenta Senectus.

Senium quoq3 p senectute accipit. Senium

Senior poti⁹ p ualde senex:q̃ tm̃ senex. Quint. de Isocrate: eo q3 iã seniore.octauũ.n.& nonagesimũ cõpleuit annũ: pcipere Aristoteles pomeridianis scholis cœpit. Et Ouidius de tristib⁹. Sospite sic te sit nat⁹quoq3 sospes. Et olim iperiũ regat hoc cu3 seniore senex. Hæc Lau. Tu uero latius in lima leges. Senior.

Senticetũ dicimus non sentetũ;cum dicamus dumetum spinetum uepretum & similia. Senticetum

Series:uide ordo. Series.

Sero tria significat. Vna & uera significatio ẽ p uespere: qđ est post occasu3. Altera q̃ hinc nascit: quæ est post tps. Quod.n.post solis lucẽ ẽ:id uere põt post tẽpus dici. Tertia significatio ẽ p tarde:ut apud Senecã in tragediis. Sero nos illa referat senect⁹. Nemo ad id sero uenit:vñ nũq̃ quũ semel uenit:potuit reuerti. Sero.

Serotin⁹tũ a prĩo significato:ut qbusdã placet:uenit:q dicũt horã serotinã:tũ a posteriorib⁹. Appellam⁹.n.ut præcoces uuas. pcocia poma:q; ante legitimũ cõsuetũq3 tps siue cito maturescũt. Ita Serotinas uuas:serotina poma:quæ post tẽpus legitimũ cõsuetũ q3 cæteris pomis uel tarde maturescũt. Serotinus

Seruitiũ aut seruit⁹ ipa:seruitutis actio ẽ:ut Dauus apud Terentiũ. Ego pãphile hoc tibi p seruitio debeo conari manib⁹ & pedibus noctesq3 & dies capitis piculũ adire dum prosim tibi. Seruitia aũt i numero plurali p seruis. Salusti⁹. Interea seruitia repudiarat: quoy in initio ad eũ magnæ copiæ cõcurrerãt &c. Seruitiũ

Seruitia quoy apđ Salustiũ legit Laurẽti⁹:s3 locus fortasse apđ Laurẽtiũ corrupt⁹ ẽ. Cũ Priscian⁹ lib.xvii. ita scribat Cõstruũtur Seruitia

igit᷑ diuersi numeri:ut Verg. Pars ĩ frustra secā̃t:uerubusq; tremē/tia figũt. Ad sensũ.n.qa ps troianorũ plures ĩ hoc loco ĩtelligũt᷑: plurale reddidit uerbũ secā̃t. Et Salusti⁹ ĩ catil. Interea seruitia re pudiabat. Cui⁹ ad eũ magnæ copiæ cõcurrebā̃t. Cui⁹.n.singulare ad rem rettulit.i.cuius rei seruitiorum &c.

Sessilis — Sessiles lactucæ q̃si sedẽtes:qđ licȝ a pticipio nõ ueniat tñ eius deȝ naturæ ẽ:cũ in significatione cõsẽtiat:& a supino nascatur.

Sessio — Sessio nec actionẽ mo:sed rẽ ẽt ac corp⁹ significare solet. Tul/lius de oratore. Tot locis sessiones gymnasiorũ.i.tot sedilia.

Si — Si omissa in oratione superintelligi debet. Ouid. de remedio. Gnosia fecisses inopem sapienter amasses.i.si fecisset inopẽ. Horatius. Decies centena dedisses.i.si dedisses. Plini⁹ iunior. Dedis/ses huic animo par corpus:fecisset quod optabat.i.si dedisses. Illud magis poeticum:ut Ver. Tu quoq; magnam. Partẽ opere in tā̃to sineret dolor icare hẽres.i.si sineret. Iuuenalis. Græcul⁹ esu riens in cœlum iusseris ibit.i.si iusseris.

Sidus — Sidera:uide stella.

Siliquastrũ — Siliquastrum dicitur quod syluestrem siliquam imitatur.

Sylua — Sylua:uide lucus.

Simul — Simul gemĩatũ nõ memini me reperisse apud Ciceronẽ. apud posteriores sæpe. Quĩ. Simul & plẽiore obseq demererer amatis simos mei:simul ne uulgarẽ uiã ĩgressu alienis:demũ uestigiis ius sisse rẽ. Verg. Obstupuit simul ipse:simul pculsus achates. Et iteȝ Accelerat simul æneas.simul agmina troum. Cice. & tñ raro p si mul dixit una in Verrẽ actione secũda. Vna & id qđ facio pbabit una & hac cã pfecto neminẽ pponẽdũ mihi eẽ existĩabit. Simul nõ gemitũ.& pariter apud Quĩ. Sæpe ut hõ fortis simul & sapiẽs. Vel homo fortis pariter & sapiẽs. Raro cũ & gemĩata ut Horati⁹ Aut simul & iucũda & idonea dicere uitæ. Cicero p Roscio. Per ditissimi est igitur hominis simul & amicitiam dissoluere:& falle re eũ qui læsus non esset:nisi credidisset.

Syncerum — Syncerũ donat⁹ inqt:quasi sine cæra mel simplex:purũ: & sine fuco ĩmo cũ cæra poti⁹. Syncerũ a syn cõponit᷑ nõ a sine: q̃ nunq̃ cõpositionẽ admittit quod ipsa etiã scriptio declarat:quæ.y. ha/bet:non.i. Est.n.ex duobus græcis ex syn & cæra q̃ ab illis dicitur Ciros. licet autẽ dicere syncerum quasi cũ cera uel quod ĩtegrũ est & solidum & nulla sui parte fraudatum.

Singularissimus & alia — Sĩgularissim⁹ ñ repit᷑:sicut nec Vnic⁹ħȝ unicior & unicissim⁹.

Sin minus — Sin minus.i.si non.

Sin — Sin p si nũq̃ ĩ prĩa pte collocat᷑: sed ĩ secũda:ubi fere duorũ est

oppositio: atq; hoc siue uocali sequēte siue cōsonāte. Te. Si illū re liquo ei⁹ uitæ timeo: sin oppitulor hui⁹ min as. Nōnunq̄ sin unuȝ repit᷑: sed qđ secūdi loci uicē optineat: ut Saluſt. Impat ut pcio si cuti multa cōsecrat īsidiatores masinisse paret ac maxīe occulte. Sin id parū ꝓcedat: quouis mō. Numidā iterficiat. i. si pōt occul te: si nō pōt utcūq;. Quorūdā tn̄ usus ē: ut dicāt: sin āt ꝓ eo qđ est si non: quasi in sin: aut ī aūt sit negatio. Vt ī euāgelio. Si ibi fuerit fili⁹ pacis requiescet sup illū pax uestra: sin aūt ad uos reuertetur. Ego uero dicerem Sin minus: uel sin aliter.

Sinus: uide gremium. Sinus

Siquidē ex si & qdē cōpositū uidet᷑: sed nec primā syllabā lon gam habet: cū si lōga sit: nec significationē alicui⁹ harū unde cō poni dicit᷑. Est enī siquidē idē quod Nā: ut apud Quītilianū. Atq; natura ipsa uidet᷑ ad tolerandos facili⁹ labores musicas uelut mu neri nobis dedisse. Siquidē & remigē cantus hortat᷑. Nōnulli nō internoscunt quādo Siquidē est una dictio: quādo duplex: quod internoscere facile est. Quinti. lib. iiii. Quare illud stultissime præ cipitur quod defēdi non pōt silentio dissimulāduȝ. Si quidem est id de quo iudex ꝓnunciatur⁹ ē. at si extra causā sit adductū &c. Ci cero ꝓ flacco. O morē pclarū disciplināq; quā a maiorib⁹ accæpi mus. Si quidē tenerem⁹. Sed nescio quo pacto iā ne manib⁹ ela bitur. In hoc tn̄ significato apud ouidiū repit᷑ libro quarto fasto rū prima syllaba breui tanq̄ sit dictio cōposita. Sed si forte tibi nō est mutabile pect⁹. Statq; semel iūcti rūpere uīcla toti. Hoc quo q; tētem⁹: siquidē ieiuna remāsit. Si min⁹ īferni cōiugis uxor erit. Idē libro tertio sine titulo. Quæ mihi uētura est: siquidē uentura senectus. Cū desiit numeris ipsa iuuēta suis. In altero significato id est nanq; apud lucanū lib. iiii. Hoc siquidem solo ciuilis crimīe belli. Dux causa melioris eas. Siquidem Si quidem

Sisto a sto distat: ut siste graduȝ: siste fugā: siste lachrymas. i. fac stare gradū: stař fugā: stare lachrymas. Ambo tn̄ statū supinū hn̄t Vn̄ fit stator: qđ magis a sisto q̄ a sto descēdit. Obidq; iuppit᷑ sta tor uocat⁹ ē: qa romulū orantē ut fugā suoꝝ sisteret audiuit. Siste re etiā dicim⁹ ꝓ represētare: & p̄sentiā corporis exhibere. Dictuȝ ab eo: quod nō tantū cōparere quis debet: nisi & māserit. Cicero ad Atticū. Des operā id quod mihi affirmasti: ut te ante calendas ianuarias ubicūq; erimus sistas. Ex hinc stator nuntius tabellari⁹ ue consulis. Verg. & patrio te limine sistam. Sisto Sto Stator

Sit⁹ sordes illa & illuuies: q̄lis ītra opaca dom⁹: q̄ diu nō repur gat᷑: ut inqt. M. fabi⁹. Excitāda mens & attollenda semper est: q̄ in Situs

hmôi secretis aut lãguescit: & quẽdam uelut ĩ opaco situm ducit hmôi igit' quidã situs sedet ĩ uultu capite totoq; corpore uetulaꝝ & habitu: pſertim inopũ: qualẽ ĩ illã Verg. ĩtellexit. Sed te uicta situ uerĩq; effœta senectus. Et de malefica anu ait lucanus. Fœda situ macies. Quod ẽt pedorẽ possum⁹ appellare: ut idẽ lucan⁹: longusq; in carcere pedor. Et Ci. in Tusc. Pedores muliebres. Et iteꝝ barba pedore horrida. Seruius hoc uocabulũ ꝓprie diffinit ĩquiens. Situs ꝓprie est lanugo quædã ex humore ꝓcreata: fit autem in locis carentibus sole. Situs uero pro loci qualitate manifestus est: ut de situ Messanæ: & de situ syracusarum.

Socius. Socius: uide comes.

Sodalis. Sodalis: uide Comes.

Solamen. Solamen: uide Consolatio.

Solatium. Solatium: uide Consolatio.

Solicito. Solicíto te: uel ꝙ spẽ metũue tibi ostẽdo: ut solicitare plæbeȝ. Vel ínquieto & ibi curam initio.

Solutilis. Solutilis nauis: q̃si solubilis: quæ facile solui p̃t. Qualis nauis ĩ q̃ agrippina a Nerõe filio p ĩsidias posita naufragiũ fecit. Ego uero malim solutilẽ dicere solutã: & nõ fideliter consutam.

Solus. Vnus. Solus & unus oĩum & ex oĩbus uel inter oẽs dicit' more super latiuorũ. Verũ unus ꝓ solus accipio: ideoq; fere cũ illo adiectiuo omnis tantũmodo cõiungit'. Nã unus ex fortib⁹. Vnus ex populo alterius significationis est.

Soluẽdo non suȝ &c. Soluẽdo non sũ nunq̃ patit' secũ substãtiuum: ideo dubitari p̃t an datiu⁹ sit an ablt̃us: significat aũt satisfacere ꝓ eo quo obligatus sũ siue pecunia siue remuneratiõe: ut Quin. Placeam⁹ licet nobis fortuna nostra pater pauperi soluẽdo nõ sumus.

Sonatio. Sonatio a sonitum: non sono dicitur.

Somnus & composita. A sõn⁹ cõposita q̃dã sũt scd̃æ sp decliãtõis: q̃dã tertiæ. Scd̃æ semisõn⁹. Insõneȝ & exomnẽ draconẽ sæpe legim⁹. Et fere hãc differentiã seruatã inuenim⁹. Seneca aũt de breuitate uitæ ait. Quã multi extrema crapula semisõnes & graues.

Sororcula Sororcula diminutiuum a soror.

Sua Sua: uide Cuis. item mea.

Sui. Sui: uide Mei.

Subinde Subĩde accipitur pro inde: uel deinde: statiȝ etiã ꝓ idẽtidẽ siue frequẽter cũ quodã interuallo: ut si iter faciens crebro ad comitẽ respiciã an me sequi posset: dicam subinde respicio. Cicero autẽ diceret identidem: nam subinde uti non solet.

Suburbanũ. Suburbanũ: uide Vicus.

Sulphuria: ubi sulphur coquitur. Sulphuria.

Superlatiuus: uide Comparatiuo. Suplatiuus

Sup & supra: licz i eodē loco sedere possint: tñ i hoc plerūq; dif ferūt: q illud cōtiguū ē: hoc iteriecto spatio: ut sedeo sup lapidez magisq supra lapidē. Rursus aqla uolat ul' nubes pēdēt supra nos magisq sup nos. Nō tñ sic sp ut apud Qui. Nec ulla ē supra terras adeo rabiosa bælua cui nō imago sua sācta sit. Et apud liuiū. Vbi circa muros supra subter terram per dies. xv. pugnatum. Super Supra

Suppetias: uide limam. Suppetiæ

Supplicare: uide adorare. Supplicare

Supplodere: uide Complodere. Supplodere

Surdaster: uide Antoniaster. Surdaster.

Sutilis balteus: sutilis cymba: q consuta est. Sutilis

Sutrina taberna uel officina i qua calcei & fiunt & uenduntur. Sutrina.

Scala a qbusdā i singulari usurpat'. salust. cū aliis qbusdā ostēdit pluralē tm̄ hr̄e: cū dixit in Iug. Deīde ubi unæ atq; alteræ scalæ cō minutæ fūt: qui supstiterāt afflicti fūt. Nō dixit una atq; altera. Scala

Scaturio magis ꝓ suo primitiuo scater ponit': qđ' ē nō solūz aq̄. rum sed herbarū: cæterorūq; sua spōte ubertim nascentium. Scaturio.

Sciēs feci: & prudēs feci. Itē isciēs & iprudēs atq; ignorās feci: hoc ē qđ' cū facerē aliqd sciui me facere. Illđ' āt ignoraui. At sciē ter feci: idē est: quod cum scientia ac doctrina feci. Sciens Insciēs &c. Scienter.

Scilicz & uidelz uidēt' significare id qđ certe: sed usū suū hñt & ꝑcipuum p amaritudinē q̄dā cū derisu pmixtā: ut apđ' Ver. Scz is superis labor ē. & apđ' Ter. Id ppl's curat scz. & apud Qui. Hoc ui/ delicet expectasti. &c. Nōnunq̄ sine hac acerbitate & iterrogatōe idē alibi. Sed ē uidelicet ultima q̄dā calamitatū rabies &c. Non/ nunq̄ post relatiuū sic solet poni quidē. Nōnunq̄ & ante uel sine relatiuo. hæc & plura lau. tu uero latius in lima uideto. Scilicet Videlicet

Scit⁹ q sciens ē: & argutus. Vnde scitæ Platonis iterrogatiōes dicunt' astutæ & uafræ: ac magna cū arte cōpositæ. At apud Terē. quoq; scitum hominez hic prorsus ex stultis insanos facit: nisi uo lumus accipere passiue: ut apud eundem. scitus puer natus: e pam philo est: quasi scite & docte natus. Scitis

Sculptile simulachrum quod sculptum est. Sculptile.

Scurra: uide parasitu. Scurra

Spectaculum: uide Pompa. Spectaculū

Spectat: uide Ad me spectat. Spectat.

Spero pro credo usitatum est. Spero

Spero tibi eē bon⁹ amic⁹. Credo fuisse tibi fidelis ꝑprie dr̄ p ac Spero tibi eē bon⁹ &c.

cusatiuũ uero nõ:nisi alterũ accusatiuũ addas:q antecedat infini/tiuũ. Nã hic sequitur hoc modo. Spero me tibi esse bonũ amicũ: Credo me tibi fuisse fidelẽ. Quædã uerba noĩatiuo iũgi recusant immo pleraq;. Nã ut recte dico. Incipe mihi esse familiaris:& noli esse illi ĩtimus: Ita inusitate dicã. Præcipe illi esse mihi familiaris. Ne libeat tibi esse intimus. Hoc tamẽ genus loquẽdi nõ nunq̃ re perim⁹:ut apud Lucanũ. li. x. Tutũq; putauit iã bon⁹ eẽ socer. Ali/us dixisset. Iã socerũ esse bonũ. Et apud Ouidiũ de ponto. Ecquis in extremo positus iacet orbe tuorũ. Ne tñ excepto: qui p̃cor esse tuus. Dicere potuisset sed nõ tam uenuste: quẽ precor esse tuum: Terẽ. ĩ andria. Quæ sese ĩ honeste optauit pare hic dĩtias: potius q̃ ĩ patria paup uiuere. hæc & p̃ra Lau. tu uero alit̃ ĩ lima cernes.

Sponte
Sponte: uide ultro.

Stare
Stare ẽ nõ ire: in his dũtaxat: q̃ e ũt sine pedib⁹: aut quæ erecta nõ sũt: ut nauis stat: flumẽ stat: currus stat: sol stat. Vñ solstitiũ: & iustitiũ qa ius stat: forũq; ẽ clausũ. Anguis ẽt: & piscis: & lacert⁹: & auis ĩ aere stãt. Quædã ediuerso quæ recta sunt: dñr stare: q̃diu nõ cadũt. s; hæc fere sũt ĩanimata: ut arbor stat: simulacrũ stat: dom⁹ stat: colũna stat. Quædã uero dñr stare si nec eant: & erecta sint: ut hõ equus uolucris stat: namq; hõ cũ sedet: & equus quũ recũbit: & auis cũ cubat nõ stant: nec tñ eunt.

Stator
Stator: uide sisto.

Stella
Stella & Sidus differũt: si Macrobio credim⁹: ita scribẽti. Nũc uideam⁹ q̃ sint duo hæc noĩa quorũ piter meminit: quũ dicit. Quæ sidera: & stellas uocatis. Neq;. n. res una gemina appellatiõe mon

Sidus
strat̃: ut ensis gladius. S; sũt stelle qdẽ singulares: & erraticæ qnq; & cæteræ q̃ nõ admixte allis solæ ferũt̃. Sidera uero q̃ in aliqd̃ si/gnũ stellarũ pluriũ cõposite formãtur: ut aries: taurus: andromeda p̃seus: uel corona: & q̃cũq; uariarũ genera formarũ ĩ cælũ recepta

Aster
Astrum
credũtur. S; & apud græcos Aster & Astrõ diuersa significãt. Est Aster stella una. Astrũ signũ stellis coactũ: nos sid⁹ uocam⁹. Hæc differetia Macrobii pace nusq̃ reperit̃: ut apud eũdem Ciceronẽ de uniuersitate. Itaq; nesciunt hos siderũ errores: & iterũ. Toto igit̃ orbe cõstituto sideribus parẽ nũerũ distribuit animorũ: singu los adiũxit ad singula. Quod nõ sensisse Ciceronẽ: ut Macrobius uult: documẽto ẽ qd̃ nõ præposuit stellas. debet. n. spẽs generi ps toti p̃poní: ut dicã de prudẽtia: & uirtute hui⁹. Dicã de facie hele/næ eiusq; pulchritudine: nõ autẽ ediuerso: fateor tñ nunq̃ stellam dici arietẽ taurũ: andromedam: perseum: sed sidus.

Stipẽdiari⁹
Stipẽdari⁹: q soluẽdo stipẽdio obnoxius ẽ: ut Tributarius qui

soluendo tributo.

Stolidus:uide fatuus. Stolidus

Stultus:uide fatuus. Stultus

Stuprum:uide adulterium. Stuprum

Strages:uide Aceruus. Strages

Stramentitius ex materia straminis Stramētiti⁹

Strepitus:uide fremitus. Strepitus

Stridor:uide fremitus. Stridor

Structili⁹ basis:structiles colūnæ: q̄ n̄ sūt ex uno lapide:sed ex multis. Structilis

Strues:uide Aceruus. Strues

De litera. T.



Aberna:uide officina. Taberna

Tabulariū loc⁹ ubi tabulæ.i.instr̄a & literæ reponunt̄. Tabularius

Tacit⁹ hō taciturnus. Vergili⁹ tamē posuit passiue. Quis te magne cato tacitum aut te cosse relinquat. Tacitus

Tā te fortior sū q̄ nobilior. Et tā oīu; fortissim⁹ q̄ nobilissim⁹ dicitur recte. Tam

Tam&si: uide &si. Tametsi

Tamē:hoc loco nō omittam⁹:ubi ē:quāuis:l;:et si. Quamq̄ si miliaq;:& tn̄. Vn̄ incipiēda sit cōstrui orō. Vtrinq; phiberis. S; ni mirū a uerbo cui adhærebat tn̄:ipso tamen excusso:quod iccirco in ligatura & quasi iunctura oratōis insertum ē: quia oratio unde nō debuerat incæperat. Vt &si uereor iudices &c. Quod si principali uerbo cœpisset:superuacuu; fuisset inserere tamen. Tūc igit̄ cum recte inchoatur:illā dictionem ut superuacuam: quasi functā officio suo debemus abiicere. Tamen

Tandē Serui⁹ ait poni nō necessitatis:s; ornat⁹ cā:ut ī illo Vergiliano. Sed uos q tādē:qb⁹ aduenistis ab oris.idē sētit Pris. dicēs Tandē nō solū p aduerbio tēporali: sed ēt p cōiunctione expletiua īuenit̄:ut Cicero īuectiuarū li.i. Quousq; tādē abutere Catilina patiētia nr̄a? Mihi quidē nullū ornamētū ui̇̄ eē ī supuacuis: & nihil agētib⁹ uerbis. Sed hēt tandē poti⁹ urgēs qddā & accelerās eoq; fere p īterrogationē:q̄ exēpla uulgo sūt pluria:ut illud ipsu; Ciceronis. Quousq; tandē &c. Sine īterrogatōe qd significet:nemo ignorat:ut Ver. Iā tādē italiæ fugiētis prēdim⁹ oras. Eiusdē significationis sūt. Demū & deniq;:ut idē Ver. Tūc demū optata gemiaq; sub arbore sidūt. Cice. Quū excessisset e uita:tū deniq; uiueret. Sed plerūq; quū sūt multa enumerata:tu; subiūgimus deniq; significātes hoc ultimū eē oī;. Ver. O crudelis alexi nihil mea carmīa curas. Nil nr̄i miserere:mori me deniq; cogis. Cice. Quū sibi nō multitudinē militū:nō idoneos impatores:nō pecu Tandem Demum Deniq;

niaʒ sibi p̄sto eē uiderē:nō deniqꝫ ullā rē:q̄ ptineat ad bellū admi/nistrādū. Demū solet accipi ꝓ solum:siue oīo:p̄cipueqꝫ cū is:& cū ita iūctum. Cice.in Salustiū. Ea demū magna uoluptas ē crispe salusti æqualē ac parē uerbis uitā agere. Quin. Ita demū mihi satis/facies si apud patrē fuisti. Ideo aūt dixi solū siue oīo:ꝙ Plini⁹ ui/detur accipere ꝓ oīo de hirūdine dicēs. Ea demū sola auiū nō ni/si uolatu depascitur. Ouidi⁹ ꝓ Demum posuit deniqꝫ.li.iii.sine ti/tulo. Síqua metu dempto casta ē:ea deníqꝫ casta est.

Tantum
Tanto Tantum & tanto cum gradibus:uide multum.

Tantisper Tantisper:uide donec.

Tanti quāti & cōposita Tātí & quātı cōpositaqꝫ ab eis. Tātidē:quātilibet:& q̄ticūqꝫ:totidēqꝫ cōpatiua pluris & mīoris. Præterea nulla alia nec cōpatiua nec noīa:nec dictōes queūt ī gtō casu adiūgi his uerbis:Emo uænundo:uæneo:mereor:comparo:æstimo:taxo:liceor:addico: distraho:metior ꝓ æstimo:cōstat:cōduco:loco:fœneror: paciscor: pāgo:pepigi.cōdemno:postulo:& siqua sūt alia similis horū significationis Neqꝫ.n.audiuim⁹ dicí unq̄ uēdidit hic patriā auri:sed p ablatiuū auro. Ver. Vēdidit hic auro patriā. Valeri⁹ max. lib.v. Magno ubiqꝫ p̄tio uirtus æstimat̄. Plaut⁹ ī Epidico. Quanti eam emit? uili. Ho. Quāti emptæ? puo. Nec dicim⁹ emi equū uilioris carioris ue q̄ tu:Cariori uilioríqꝫ ue q̄ tu. Sed uili⁹ q̄ tu:ut carius. Neqꝫ uēdidi melioris.ædes peioris ue q̄ tu:sed meli⁹ peiusue. Di/cendū erit p̄terea. Quāta pecunia equū emistí? sic quot minis. Iuue. Quāto metiris pretio qđ ni tibi dedit⁹ essē. Deuotusqꝫ cliens uxor tibi uirgo maneret. Liui⁹. Hic miles magis placuit cum p̄tio minore redimendi captiuos copia fieret. Itaqꝫ gtōs illos tāti emi equm q̄ti potui:sic exponere nō possumus:tanti p̄tii & quāti p̄tii. Sed sic tanto p̄tio quāto potui. Et per cōparatiuum:ut illud Ciceronis. Non pluris uendo q̄ alii:fortasse etiam minoris. Quuʒ aliquem doces non ita exponas:pluris.i. pretii & minoris. i. pretii. Sed sic pluris.i.pluri pretio. Minoris.i.minori summa.

Tectorium Tectoriū illinimētū ē:& quasi pauimētū pietis atqꝫ īcrustatio.

Tenebræ Tenebræ:uide luce.

Tenet̄ furti &c. Tenet̄. Si qs furet̄ rē sacrā de ꝓphano:tenet̄ ne sacrilegii:an furti:an utroqꝫ:n̄ āt utriusqꝫ. Qui sustulerit rē suā de sacro:furti ne tenet̄ an sacrilegii:an neutro? n̄ āt neutri⁹. Accusare hunc potes: uel furti:uel sacrilegíi:uel de utroqꝫ:uel de ābob⁹:non aūt utriusqꝫ uel amborum. Condēnare nō licet de utroqꝫ:sed de altero:uel furti uel sacrilegii:non autē sed alterius:uel furti uel sacrilegii.

Tentorium Tentoriū ubi tendim⁹ uela:aut siquid instar uelorū habet:uel

ipſa poti⁹ uela:ſiue uel amenta contra iniuriam cæli.

Ten⁹ ſẽp poſtponit̃ atq; ĩ ſingulari utiq; cũ abltõ:ut hacten⁹:q̃/ten⁹.uerboten⁹.capuloten⁹.In plurali uero cũ gtõ etiã nõ ſolũ cũ abltõ. Ver.Crurũ ten⁹ a mẽto palearia pẽdẽt.Curti⁹.Pauci hoſtium ten⁹exacti penetrauer̃ ad portũ.Eſt ãt ſignificatõ uſq;:ad Vmbilicoten⁹ uſq; ad umbilicũ:Niloten⁹ uſq; ad nilũ. Aliqñ ẽt ꝑ nõ ultra:ut geſſit conſulatum titulo tenus.i.non ultra q̃ titulo. Tenus

Terebra gignit diminutiuum. terebellum non terebellam. Terebra Terebellũ

Tergiuerſari:uide præuaricatores. Tergiuerſari

Terrenus mons potius q̃ terreus ac terraceus dicimus. Terrenus

Teſtaceus ex materia teſtæ. Teſtaceus

Textilis ueſtis ꝙ detexta eſt. Textilis

Timeo te tanq̃ inimicũ:timeo tibi tanq̃ amico.illic tanq̃ offenſurus ſis:hic tanq̃ defendendus. Limeo

Tinctile uirus quod tinctum eſt:aut intinctu ʒ eſt ſpiculo ſagittæ. Vergilius.Et tinctile uirus. Tinctile

Titubare:uide Nutare. Titubare

Tofaceus ex materia tofi. Tofaceus

Tollo capio uel educo:ut ſuſtuli filiũ ex uxore.i.habui filiuʒ . Itẽ ſuſtuli filiũ.i.educaui.Sue.ĩ Domitiãi uita. Deĩde uxoreʒ domitiãi ex q̃ ĩ ſecũdo cõſulatu ſuo filiũ tulerat repudiauit.Eodẽ eĩ mõ dicimus tulit filiũ ut ſuſtulit.Præterea ut fœmina quũ mater fit dr̃:peperit filiũ.Ita uir quũ fit pater:dicitur ſuſtulit filium. Tollo

Tollo ſummoueo. Verg.Iubet & ſublata reponi pocula.

Tollo in altũ fero: Idẽ:& ſublatũ ſurgit in enſẽ. Quæ duo declarant̃ ex illo ĩ Neronẽ epigrãmate.Quis neget æneæ magni de ſtirpe Neronẽ Suſtulit hic matrẽ:ſuſtulit ille patrem.Hic ſuſtulit matrẽ quia occidit & de medio abſtulit.Ille ſuſtulit:patrem ſupra humeros:quia ſupra humeros ſũpſit uel ab incendio eripuit.

Tonatio non tonitio dicitur:& ſi tonitum dicimus. Tonatio

Tornatile poculum ;quod tornatum eſt;& torno factum. Tonatiles

Tortilis anſa:ꝙ retorta & replicata eſt. Tortilis

Tua:uide Mea. Tua

Tui:uide Mei. Tui

Tum:uide Cum. Tum

Turba:uide Rixam. Turba

Turmatim per diuerſas turmas. Turmatim

Tut⁹ port⁹:tuta urbs:quæ tutat̃ alios:nõ ꝙ ab aliis defendatur. Tamen ſæpe paſſiue in hominib⁹ ; ut Tut⁹ ſum ab hoſtib⁹ ꝙ munitus & ſine periculo ſim. Tutus

Traiicio. traiicio exercitũ.i.trãsporto exercitũ trãs mare:aut trãs flumẽ.
Traiicio mare uel flumẽ.i.trãseo.Aliqñ utrumq; cõiunctim:ut Liui⁹.traiecit copias iberũ.Et plãcus:traiecit exercitũ isaram.

Tractim. Tractim trahẽdo:nõ interrũpendo:seriẽ sequẽdo.

Trãsmigrare. Trãsmigrare:uide Cõmigrare.

Trapezita Trapezita:uide Argẽtarii.

Tributarius Tributarius q soluẽdo tributo obnoxius est.

Trimus Trimus:uide Anniculus.

Tristior & de cõpatiuo ꝓ positiuo Tristior & lachrymis oculos suffusa nitentes.tristior hic ex pte tristis accipit̃ inquit priscianus:qa cõparatiuũ ꝓ minori ui accipit̃ q̃ ipsum positiuũ hẽat. Sæpe autẽ p se positũ ꝓ ipo positiuo:ut comites senioris acestæ pro senis.In quorũ utroq; est causa cur aliquid nos addamus Nã illud tristior plane ꝓ tristis nõ pro ex pte tristis accipit̃. Vt ait Quĩtilian⁹ Vtimur uulgo cõparatiuis pro absolutis:ut siquis se infirmiorẽ appellãs.Nõ dixit ꝓ minus q̃ infirmus. Et hoc Senior poti⁹ ꝓ ualde senex:q̃ tm̃ senex.De quo lati⁹ uide ĩ litera.S.

Triticeus. Titiceus ex materia tritici:ut panis triticeus.

De litera.V.

Vacillare Acillare:uide Nutare.

Valere. Valeãt q inter nos dissidiũ uolũt.Donat⁹:serui⁹:& q̃dã alii sic exponũt:pereãt q hoc nobis uolunt: quæ uox & oratio aliena fuer at ab ingenio pamphili pio & ꝓbo. Cice.Si deus talis ẽ:ut nulla grã nulla hoĩm charitate teneat̃.Nũ quid eo irreligionis atq; eo ĩprudẽtiæ. Ci.uenerat:ut deo exitiũ ꝑcaret̃:absit.Lactãtii quoq; testimonio:q de his ipis cicerõis uerbis ait.Quid eñ cõtẽptius potuit dici in deũ.valeat ĩquit.i. abeat ac recedat:qñ ꝓdesse nulli põt.

valitudo. valitudinarius. valitudo ꝓ lãgore frequẽtissime accipit̃.vñ ualitudinarii noĩant̃.Cice.ad Terẽtiam:& ad tironem valitudinẽ tuam cura diligẽter.hoc ẽ lãguorem:& infirmitatem. Alibi pro sanitate. Si nũc ualitudini tribuam⁹ aliqd.Frequẽter tñ apponimus adiectiuũ:ut ĩfirma aduersa mala ualitudine:uel contra bona incolumi:optima ualitudiue.Itẽ in valeo:ut bene ualeo. Male ualeo &c.

vale. Salue. Aue. Vale salutatio ẽ recedẽtis:ut salue & aue ueniẽtis.Est ãt salutare:& adueniẽtis:& abeũtis.vergi.lib.ix. Hãc ego nũc ignarã hui⁹ quodcũq; pericli ẽ.Inq; salutatã linquo.Ideoq; nõ nũq̃ repimus: salue ẽt in discessu:hoc ẽ ĩ calce epistolaꝝ.Cicero ad Tironẽ.
Vale mei Tyro.vale:& salue.Et iterũ.Etiã atq; ẽt noster tyro uale.Medico Curio lisioni descripsi diligẽtissime salue uale.

Verg.lib.xi.Salue æternũ mihi maxime palla: æternũq; uale. præterea neq; est apud latinos aliud uerbũ: quo adeũti nos rñde amus q̃ salue. Cicero ad atticũ indicatiuo huius uerbi usus ē dicēs Et saluebis a meo curione.

Valitudo:uide ualeant.

Valde positiui & uerbi ē:ut ualde paup:ualde diues:valde laudat valde uituperat. Nec ausim dicere lōge diues:lōge laudat:nec ual de ditior:ualde ditissimus. valitudo. valde.

Vas inquit varro appellatus ē:q ꝓ altero uadimoniũ ꝓmitte/ bat. Cōsuetudo erat quũ reus parũ eēt idoneus ĩcæptis reb⁹: ut ꝓ se alterũ daret. videt̃ varro significare. vadē eũ eē: quē fideiusso/ rē uocamus: & uadimoniũ fideiussionē. verũ ego nō ausiȝ rep̄hē/ dere varronē:sȝ tm̃ affirmare me nō legisse dũtaxat uadē eũ esse qui uadimoniũ ꝓ altero dat:si vadimoniũ significat fideiussionē. Sed eũ q spōsor ē alterius in capitis piculo: siue idē supplicii subi/ turus:siue pecuniā soluturus: ut apud Quintilianũ in declamatio/ ne q̃ inscribit̃. Amici uades. Et apud Ciceronē.li.v.tusc.de pytha goreis amicis: quoꝝ alteri diē mortis quũ tyrannus dixisset alter ꝓ amico ad uisendā matrē ituro uas factus ē: qđ fest⁹ quoq; sentit dicēs: uas spōsorē significat in te capitali. vas.

Vadimoniũ ē spōsio ad certũ diē sistēdi se ĩ iudicio. i. cōparēdi p se uel p aduocatos: ut ĩ oratione Cicero. ꝓ Quintio dat̃ ĩtelligi ubi lōga ē altercatō de uadimoniis: Altera pte dicēte fuisse sibi ua dionia deserta altera uero neq̃q̃ a se illa fuisse facta. Et Quĩt. de le gato frumētario: q ad p̄stitũ diē uenerat inqt. Nisi tñ ad uadimoni um legate ueuisses:nō multoꝝ dieꝝ cōmeatũ habebamus. vadimoniũ

Væ interiectio datiuo seruit. Martialis. Carpe causidic⁹ fertur mea carmĩa: q sit. Nescio si sciero. uæ tibi causidice. væ

Vectatio:uide ueni in opinionem. vectatio.

Vectigal nō solũ ex publico: uerũ ēt ex priuato capitur. Cicero in parad. Ex meo tenui uestigali capio ego ducēta. & iteꝝ. Nō in telligũt hoĩes q̃tũ uectigal p̄simonia ē. Ex omni tñ p̄dio uectigal est. Fœnus uero ex solo ipso. Nā dicit̃ naturalis fructus terræ fœ/ nus. Postea aũt ad usurā trāslatũ; q̃si pecunia p se fructũ ꝓducat: si cut terra. vectigal. Fœnus

Vector:uide ueni in opinionem. vector.

Vænale significat rem uenditōi expositā: ut hec dom⁹ ē uenal̃. id est ꝓscripta uel exposita uēditioni. Et hoc de curiōe significat Lucan⁹: quũ dicit. Vænali curio lingua. i. p̄tiũ nō ueritatē honesta tēq; sequēs ex suæ linguæ facũdia. Vēdibile āt significat rē q̃ faci/ vænale. vēdibile

scito.Plebiscitum est: quod plæbeio magistratu.i. tribuno inter
rogante an oĩbus placeat:plebs instituit.orta.n.ĩter plæbẽ & ma
iores discordia plebs sibi leges constituit:q̃ dictæ sunt plæbiscita:
ut digestis de origine iuris habet. At Gellius lib.ix.capite.xx. Ita
scribit.Plæbẽ aũt Capito in eadẽ diffinitione seorsum a pplo di/
uisit:qm̃ in populo omnis pars ciuitatis:omnesq; eius ordines cõ
Plebs tineãtur. plæbs uero ea dicitur in qua gẽtes ciuium patritiæ nõ
insunt.Plæbiscitum igitur est scđm eum capitonẽ lex: quã plebs:
non populus accipit.Hæc ille. Ex plæbiscito utetur.i.illa re:quã
ex testamẽto est iussus facere utetur ex plæbiscito.non enim exe/
quetur quod testamentũ iussit:quia plæbiscitũ ꝓhibet. Ex cõpa/
ratione.Cice.li.ii.rh.de inuentione sic ait.Comparatio est: quuз
aliquod factũ quod p seipsum non sit probãduз ex eo cuius id cã
factum est defenditur.Ea est huiusmodi. Quidã imperator quuз

ab hostibus circũ obsideretur & cætera. uide hæc latius paulo su/perius. A recessitur maiestatis. De maiestate latius superius in titulo de cõstitutione. Rõ est quæ cãm facit Cice. in ptitio nib⁹ sic ait. Sed distinguendi gratia ratioenm appellamuseam: quæ affertur ab reo ad recusandũ depellendi crimis causa: quæ nisi esset quod defenderet nõ haberet. Firmamẽtum aũt quod cõtra labefactandam rationẽ refertur: sine quo accusatio stare nõ põt. Libro autẽ primo rh. de inuentione sic. Ratio est continet causam q̃ si sublata sit: nihil cã cõtrouersiæ relinquitur. Firmamẽtũ est firmissima argumentatio defensoris & aptissima ad iudicationẽ. Iudicatio ẽ q̃ ex infirmatione & confirmatione rationis nascitur cõtrouersia Quintilianus præterea libro. iii. ita scribit. Ratio est qua quod fa/ctum esse constat defenditur. Destinari cõstitui. Crinomenon: id iudicatum significat. est. n. a passiuo participium. Crinome uocor ad iudicium: accusor. Crimino accuso iudico. Crina crinatos iudi/cium. Rectum ne fuerit: scilicet quæstio est: uel cõtrouersia. Eo. id est ad iudicationem. Intentio accusatio. Sedulo diligenter sine dolo. Studio: animo & mente.

Finis expositionis Anto. Man. in primum rhetorices noue Ciceronis.

285

Scribēdi orādiq; modus. Per Ant. Mancinellū ſtudiō ſis oratoriæ artis & eloquētiæ admodū neceſſarius.

Operis Tituli.

Ant. Mancinelli Veliterni Scribendi Orandiq; Modus: ad Valerium Crispinum iureconsultum eximium ciuemq; Veliternu; q̄ optimum & generosum:



IAmpridem Valeri mi disertissime: scribēdi orandiq; modū: pro tuis in me officiis: summaq; in meos oīs beniuolentia tibi dicare statueram. Aliis tamē grauioribus occupato hactenus nulla fuit unquam occasio. Nunc uero explicitus aliquantulū. Quecūq; de ratione dicendi collegeram ad te mitto patriæ lumen. Es eī ad excogirandum prudentissimus: ad faciendum solertissimus: natura admirabilis: industria singularis: uerbisq; expeditus. Vnde in maximis causis uersatus patronus optimus diligensq; in illis cognoscendis & componendis es habitus. Sepiusq; a Senatu populoq; Veliterno orator ad principes: maximumq; pontificem electus: causam omnem ex animi sententia obtinebas. Quo circa & honores & pecuniam & gratiam apud omnes es consecutus. Consequenter eadem ut facile datur intelligi. Laurentius. Lactantius. Quintilianus. Hippolitus filii tui: sunt enim magna indole pueri: summoq; ingenio peracuti. Veliternisq; omnibus q̄ gratissimi. Ad eorum igitur commoda scribendi orandiq; modum tibi consultissime Valeri anime dimidiū mee dedico. Vale & salue cū tota ꝓle. Datū Venetiis. xix. calē. Iunias. M. cccc. lxxxxiii.

Orationis initium. Tit. I.



ORis sonus ab initio olim confusus erat: qui tandem paulatim uocem discernens: res omnis: suo nomine appellauit. Mercurium aiunt apud egyptios primu; uerba in ordinem redegisse. multisq; reb⁹ īposuisse nomina: fuisse quoq; literarum īuentorē: instituisse q; quo honore: quibus ue sacris colerentur dii. de quibus omnib⁹ Diodorus uolumine primo. Athenis autem primu; se orator extulit: primumq; etiam monumentis: & literis oratio ē cæpta mādari: quod Cicero de claris oratoribus meminit. Idq; Fabius Quītilianus libro tertio edocet. Antiphon orationem prim⁹ omniu; scripsit. At Laertio teste Socrate: cu; Aechine discipulo primus oratorie campos aperuit. Romanorum autem primus artis rhetorices condidit aliqua. M. Cato censorius. M. Antonius inchoauit: præcipuu; uero lumen: sicut eloquentiæ. Ita præceptis quoq; eius dedit unicum apud nos specimē orandi docendiq; oratorias artess. M. Tullius. de quo Fabius libro tertio lati⁹ scribit. Atq; ut

Sonus oris

Mercurii factum

Prim⁹ oratorum

Primus apd̄ romanos

Viget rhetorica

Suetoni⁹ asserit rhetorice artis facultas apud romanos adeo flo/ruit ut nõnulli ex infima fortuna in ordinē senatoriū atq; ad summos honores ꝓcesserint. Grãmatic⁹ pterea Rhetoricen docens. Rhetoris officio fungit᷑ nõ suo (ut inquit Fabi⁹ li. ii.) ubi etiam monet grammaticen & rhetoricen una esse tradendas.

Epistola quid & unde dicitur. Tit. II.

EPistola ē q̃si certa q̃dã nũcia nr̃arũ rerũ ĩterdũ alienarum: & fida interps mētis nr̃æ. Cui q̃ uolum⁹ pti; nr̃o noīe: pti aliorũ absētib⁹ significare: cõmittim⁹. Descēdit autē ep̃la a medio paciuēo .i. pterito pfecto uerbi hui⁹ epistello qd̄ ē significo: mitto: mãdo: iubeo. nã amittit unũ .i. in futuro. & dr̃ epistello deinde .e. penultĩa futuri mutat᷑ ĩ o in penultĩa pacimẽi. & dr̃ ep̃la unde nos epistolã dicim⁹: quam illi epistolin uocant.

Epistole officium quid. Tit. III.

e Pistolare officiũ ē de re familiari aut de quotidiana cõuer/satiõ e aliqd scribere: & quodãmõ absētes ĩter se p̄ntes fieri dũ mutuo qd aut uelit aut qd gestũ sit nũciāt. licet ĩterdũ cõfabulatõis tale cõuiuiũ doctrĩæ quoq; sale cõdiat᷑. Ita qdem hieronymus ĩ ep̃la ad Marcellũ scribit.

Epistolarũ genera. Tit. IIII.

EPistolarũ g̃n a tria sunt potissima: ut Cicero at curionē inquit. Sed unũ illud certissimũ: cui⁹ cã res ipsa inuēta ē: ut certiores facerem⁹ absētes si qd esset qd̄ eos scire aut nr̃a aut ipsoꝝ ĩteresset. Alterũ familiare & iocosum. Tertiũ seuerũ & graue.

Epistole modus & qualitas. Tit. V.

TExunt᷑ ep̃le quotidianis uerbis: unde & q̃dã ēt negligētia ē diligēs: ut Cicero meminit ĩ li. de pfecto oratore. nã ut mulieres eē dicunt᷑ nõnulle ĩornate: q̃si id ipsũ de/ceat. Sic humilis & subtilis orõ etiã incompta delectat. Sermo pur⁹ erit & latin⁹: dilucide planeq; dicet᷑. In dicẽdo enĩ ui/tiũ uel maximũ ē ab uulgari g̃ne orõis: atq; cõsuetudĩe cõis sēsus abhorrere. Vnde & Aul⁹ Gelli⁹. li. xiiii. c. viii. diui Augusti epistolas elegãtia orõis neq; morosa neq; anxia: sed facili hercle & simplici laudat. Plini⁹ quoq; iunior ad Thuscu; ait. Et p̄ssus sermo: purusq; ex epistolis petit᷑. Seneca itē ad lucillũ epistola. lx. inquit. Minus tibi accuratas a me epistolas mitti quæreris: quis enim accurate loquit᷑ nisi q uult putide loqui? Quis sermo me⁹ cēt si una sederemus: aũt ambularem⁹ illaborat⁹ & facilis: tales uolo eē epistolas meas q̃ nihil habeāt accersitũ nec fictum: sed si fieri posset quid sentiã ondere q̃ loqui mallē. Non me hercule ieiuna esse & arida uolo q̃ de rebus tam magnis dicent᷑. neq; enim philosophia

Ingenio renūciat. Multū tñ ope īpēdit uerbis nō oportet. Epl'a ēt xl. v. inqt. Sꝫ ne epl'e modū excedā: q nō dꝫ sinistrā manū legentis īplere ī aliū diē hāc litē cū dialecticis differā. Noscēdū tñ epl'am sinistrā legētis īplere quū lōgior fuerit. tūc eī & dextra & sinistra teneri necesse est. Epl'e autē īitiū huiuscemodi fere solet esse. M Tullius. Terētiæ salutē. Terētia Marco Tullio salutē. Semp enīꝫ scribētis nomē p̄ponitur ēt īferioris. Vñ Anacharsis scythe philo sophi ad Ammonē regē epl'a ita īcipit. Anacharsis āmoni saluteꝫ de quo satius Cice. li. iiii. tuscu. Itē rex Alexāder iouis āmonis fili us olīpiadi matri salutē dicit, de quo Gellius li. xii. c. iiii. In calce uero epistole ponetur Vale. & Cura ut ualeas. Bene uale & me di lige. Fac ualeas meq̧ ames. Tu fac qđ facis ut me ames teq̧ ama/ ri scias. Vale. Da operā ut ualeas meq̧ ames amore illo tuo singu lari. Valebis igitur meq̧ ut a puero fecisti amabis. Cura te diligē/ ter. Vale. Cura mi iuli ut ualeas. hoc mihi gratius facere mihi pōt Viue & Vale: Vale ēt atq̧ ēt. Ponet' tñ data uel datuꝫ inde dies & nūerus ānoꝝ christianæ salutis ex ī locus ipse unde epl'a mittitur. Epistole deniq̧ formula erit eiusmodi. An'. mancinellus Valerio Crispino salutē. Spectata fides et amor in me tuus egerunt ut tibi q̄ alteri potius scriberem cōmendarēq̧ res meas omīs & liberos Itaq̧ me absente (absum siquidē iter dierum nouē) oro ac obse/ cro illorum curā suscipias: qualē forte pro tuis me rebus ac liberis subire uelles. Cura rem diligenter. nihil em̄ gratius mihi unq̄ effi cies. Vale ac salue. Meq̧ ut soles ama. Datum uenetiis decimo calendas iunias. Anno christianæ salutis. M. CCCC. Lxxxxiii. Vbi uero literas obsignaueris illius nomē (ad quē litere ipse pre ferende sunt) huiuscemodi uerbis extra notabitur. Valerio Cri/ spino iure cōsulto eximio ciuiq̧ ueliterno q̄ optimo suo ac fratri. Poteris et te intus in calce subscribere si uolueris hoc pacto. Ideꝫ tibi deditus deuotusq̧ cliens. Caue seruitor dicas: ut uulgo asso/ let. Cliens enim latinū est in hoc proprium.

Initium epi stole

Finis epistō le

Data episto le

Formula epistole

Litera & litere. Tit. VI.



Itera in singulari nūero significat elementum ip̄m ut. A. B. Vel manū scribētis: ut ad Atticū. Cicero. Nā Alexidis manū amabā: ꝙ tā prope accedebat ad similitudinē tuæ lr̄æ. In plurali uero epl'as: p̄ter q̄ apud poetas: q ꝓ epistola uersus gratia in singula ri sp̄ utuntur: ut Ouidius. Quam legis ab rapta bri/ seide litera uenit. Nam quod Cicero ad Celium scribit ad se nul/ lam literam Bibulum misisse. ita ait. quasi nullū uerbum misisse

quod ut uehementer extenuaret: nō dixi uerbū aut syllabā: sȝ literā: Frequētissimū igitur est litere pro epistola.

Bine litere. due epistole. Tit. VII.

DIcendū est unā epistolam duas: tres: quatuor: quinqȝ epistolas. Vnas uero lr̄as: binas: ternas: q̄ternas: quinas: senas: septēas. &c. nūq̄ alit' uel rarissime: q̄le eēt. Vnas binas t'nas epistolas: duas: tres: q̄tuor literas. Si tn̄ dicas accepi abs te binas literas nō subiūgas q̄rū alteri rn̄di p̄ximū tabellariū: alteri nūc rn̄deo: sed alteris. De epistola uero apertum est: ut accepi duas epistolas: quarū alteri iam respōdi: alteri nunc respondebo.

Calende. None. Idus. Tit. VIII.

Calende un̄ dicātur.

CAlēde dicuntur a Calo: id est uoco teste Macrobio libro primo sat. quia solebat Rome minor pontifex noua cōspecta luna plebem uocare: ut audiret quot dies a calēdis ad nonas superessent. Et hoc ideo: q̄m nonaꝝ die oportebat populares qui in agris essent confluere in urbem: accepturos causas feriarum a rege sacrorū. sciturosqȝ quid esset eo mense faciendu; unde quidem hinc nonas existimant dictas: quasi noue initium obseruationis. Vel q̄ ab eo die semp̄ ad idus nouem dies putantur. Vel none dicuntur a non. Nullus enim habuit festum in nonis. Vnde Ouidius lib. i. factorum ait. Nonarum tutela deo caret. Erant præterea calende omnes Iunoni dicate: quia initium mensium maiores nostri ab exortu lune seruabant. Iure itaqȝ calendas iunoni addixerunt: lunam ac iunonem eande; putantes. Vel quia luna per aerem meat. Iuno autem aeris arbitra ē merito initia mensium. i. calendas huic dee consecrauerunt. Putant aliqui idus q̄ eo die plena luna uideatur a uidendo uid⁹ appellatas: mox literam detractam: ut Macraobius ait. qui etiam scribit ita. Idus uocamus diem: qui diuidit mensem. Iduare eni; hetrusca lingua diuidere est. unde uidua quasi ualde idua: id ē ualde diuisa. aut uidua. i. a uiro diuisa. Erant autem idus omnes ioui tribute & oībus idibus ioui immolabatur a flamine.

None unde

Idus unde

Quot dies. Nonas. Idus mensis habet. Tit. IX.



Vni⁹. Aprilis. September siue Nouember.
Triginta luces: reliquis tn̄ una supersit.
Octo & uiginti februarius accipit ortus.
Si bissextus erit tūc unus iungitur illis.
Prima dies mensium romanis esto calende.
Sex nonas maius ue october: iulius & mars.
Quart⁹ est alii tenet idus quilibet octo.
Idibus expletis quot luces quere supersint.

Inde diem mẽsis primũ superadde sequentis.
Habito quot dies mensis habet denominatos a nonis & idibus sicut in exemplo patebit: subtractis nonis & idib⁹ residui dies erũt calende. Notãdũ tñ nũerũ i abltõ: Nonas aũt & idus actõ poni debere: sed inter numerandũ ꝑpostero utemur ordine. Sitq; exẽplo iulius cõtinens diẽ unũ & trigita. Nonas uero sex. Dic igitur.

Calende

Calendis iuliis: uel intra calendas iulias die primo iulii.

None

Sexto nonas iulias die.ii.iulii.
Quinto nonas iulias die.iii.
Quarto nonas iulias die.iiii.
Tertio nonas iulias die.v.
Pridie nonas iulias die.vi.
Nonis iulii die.vii.
Iam finitis nonis reliquos octo dies similiter iduũ cognominatione notabimus.

Idus

Octauo idus iulias die octauo iulii.
Septimo idus iulias die nono.
Sexto idus iulias die decimo.
Quinto idus iulias die undecimo.
Quarto idus iulias die duodecimo:
Tertio idus iulias die.xiii.
Pridie idus iulias die.xiiii.
Idibus iuliis die decimoquinto.
Nunc reliquos iulii mẽsis quotquot superfuerint dies calendarũ appellatione significabis: quæ quidem sunt futuri mensis. neq; ordinis neq; numerationis ratione mutata. Supersunt deniq; dies: decimosexto addendoq; primum mensis sequentis diem erunt: decimoseptimo, itaq; dices.

Calende

Decimoseptimo calendas augusti.die.xvi iulii.
Decimosexto calẽdas augusti.die.xvii iulii.
Decimoquinto calẽdas augusti.die.xviii.iulii.
Decimoquarto calendas augusti.die.xix.iulii.
Decimotertio calendas augusti.die.xx.iulii.
Decimosecundo uel duodecimo calẽdas augusti.die.xxi.iulii.
Decimoprimo: uel undecimo calendas augusti.die.xxii.iulii.
Decimo calendas augusti.die.xxiii.iulii.

288

Nono calendas augusti.die.xxiiii iulii.
Octauo calendas augusti.die.xxv.iulii.
Septimo calendas augusti.die.xxvi.iulii.
Sexto calendas augusti.die.xxvii.iulii.
Quinto calendas augusti.di.xxviii.iulii.
Quarto calendas augusti.die.xxix.iulii.
Tertio calendas augusti.die.xxx.iulii.
Pridie calendas augusti.die.xxxi.iulii.

De Quinq; partibus artificiose æloquentiæ.Tit.X.


Vinq; ptib⁹ artificiosa æloquẽtia cõstat.Inuentione:Di/
spositione:Elocutiõe: Memoria:Pronũtiatiene.Est enĩ
op⁹ inuenire qd dicas.Inuenta disponere:deinde ornare
uerbis:post memoriæ mandare.tũ ad extremũ agere & pnũtiare
Inuentio cũ dignitate & uenustate. Inuẽtio itaq; ẽ excogitatio rerũ uera/
Dispositio rum aut uerisimiliũ: quæ cãm pbabilẽ reddãt.Dispositio ẽ ordo
Elocutio & distributio rerũ quæ:demõstrat qd quib⁹ locis sit collocandũ.
Memoria Elocutio est idoneorũ uerborũ & sententiarũ adinuẽtionẽ accom
Pronuncia/tio modatio.Memoria ẽ firma animi rerũ ac uerborũ & dispositõis
pceptio.Pronũtiatio ẽ uocis uultus gest⁹ moderatio cũ uenusta
Diuiditur inuentio te.Inuẽtio in sex ptes orationis cõsumit.In exordiũ: Narratiõe;
Diuisionẽ:Cõfirmationẽ:Cõfutationẽ:Conclusionem:Exordi/
Exordium um est principium orationis per quod animus auditoris uel iudi
Narratio cis constituitur uel apparatur ad audiendum: Narratio est rerum
Diuisio gestarũ aut pinde ut gestarũ expositio. Diuisio ẽ p quã apimus
Cõfirmatio quid cõueniat:qd in cõtrouersia sit & p quã exponim⁹ qu:b⁹de re
Cõfutatio bus simus acturi. Cõfirmatio est nrorũ argumẽtorũ expositio
Conclusio cum asseueratione.Cõfutatio est contrariorum locorũ dissolu/
tio.Conclusio est artificiosus terminus orationis.

De phrasi id est Elocutione.Tit.XI.


Vintiliano teste.libr.viii.Quam græci phrasin latine di/
cimus ælocutionem. Sed eã spectam⁹ uerbis ãt singulis:
aut coniũctis.In singulis intuendũ ẽ ut sint latina pspicua
ornata:& ad id qd efficere uolum⁹ accõmodata.In coniũctis:ut
emẽdata ut collocata ut figurata.Elocutionis aũt ps difficilima.
Vnde & M. Ant.apud Cice.de oratore ait a se disertos uisos eẽ
multos:eloquentẽ uero neminẽ.Disertos satis putat dicere quæ
Elocutõ qd requirat oporteat:ornate ãt dicere pprĩũ esse eloquẽtissimi.Elocutio de/
niq; Cicerone autore lib.iiii.ad herẽniũ cõmoda & pfecta q̃ ma/
xime ad modum oratiõis accõmodata est tres res ĩ se debet ha/
Elegantia bere.Elegantiã.Cõpositionẽ. Dignitatẽ.Elegantia est quæ facit

ut unũquodqꝫ uerbũ pure & apte dici uideaẗ. Hæc diuidiẗ ĩ latini
taẽ & explanationẽ. Latinitas eſt quæ ſermonẽ cõſeruat purum Latinitas
ab omni uicio remotũ. Vitia in ſermone quo min⁊ is latinus ſit:
duo poſſunt eſſe. Soloeciſmus et Barbariſmus. Explanatio eſt q̃ Explanatio
reddit & apertã & dilucidam orõnem. Ea cõparaẗ duabus rebus.
Vſitatis uerbis & ꝓpriis. Vſitata ſũt ea q̃ uerſantur in ſermone &
conſuetudine quotidiana. Propria quæ eius rei uerba ſunt: aut eſ
ſe poſſunt: de qua loquimur. Compoſitio eſt uerborum conſtru Cõpoſitio
ctio equabiliter perpolita. Dignitas eſt quæ reddit ornatam ora Dignitas
tionem uarietate diſtinguens.

Soloeciſmus.

Soloeciſmus ẽ incõueniẽs romano ſermoni iũctura uerboruꝫ
cõtra regulã artis grãmaticæ poſita: ut Diomedes ſcribit. fit auteꝫ
modis gñalibus quattuordeci. Immutatione generũ ut dicendo
purpurea narciſſus: pro purpureus narciſſus. Immutatione caſu-
um dicẽdo. Vrbem quam ſtatuo ueſtra eſt ꝓ urbs. Immutatione
numerorum: ut pars in fruſtra ſecant pro ſecat. Immutatione per
ſonarum: ut Danai qui parent atridis q̃ primũ arma ſumite: pro q
paretis. Immutatione temporum: Vt nec ueni niſi fata locum ſe-
demqꝫ dediſſent. pro nec ueniſſem. Per qualitates uel ſignificati
ones uerborum: ut expoliantur eos. & corpora nuda relinquunt.
Per modos uerborum ut At rutulo regi ducibuſqꝫ ea mira uideri
pro uidebantur. Per aduerbia localia ut intus eo intro ſum pro
intus ſum eo intro. Per præpoſitiones quum alia pro alia poni-
tur; ut ſub luceꝫ ibant pro ante lucẽ. Per gradus. ut bonus autem
melior omniũ pro optimus uel ecõuerſo. Per cõiunctiões. ut ſub
iectiſqꝫ urere flammis: pro ue. Per gemĩationẽ abnuendi: ut nihil
nunq̃ peccaui. Cum dici debeat Nunq̃ uel nihil unq̃ peccaui. Per
accentus ut ſi quis pronunciaret ſine accentu in fine pone falſo.
Vna: q̃ quidem differẽtiæ cã in ultimo accẽtum habẽt. Vt priſci
anus admonuit. Per ordinis ĩmutationẽ. Vt autẽ fieri non debet
ꝓ fieri aũt nõ debet. Sũt & q putent ait Diomedes Soloeciſmuꝫ
eẽ: ſi demõſtrãtes uirũ: hanc dicam⁊. ãt feminã: hunc. Aut interro
ganti quo pergam⁊ rñdeaẗ Rome. Aut unũ ſalutantes. Saluete
dicamus. Cũ utiqꝫ p̃cedẽs demõſtratio: interrogatio uel ſalutatio
uim concepte orationis cõtineãt. Soloeciſmus autẽ eſt in proſa.
In poemate æñi Schema dr̃. i. figura ſiue cult⁊. Barbariſmus. Bar
bariſmus eſt contra romani ſermonis legẽ: aut ſcripta aut pronũ
tiata uitioſa dictio. fit enĩ in una pte orationis tantum. Sed id ui
tiũ in ſoluta orõe nomẽ ſuũ obtinet. dr̃ enĩ Barbariſm⁊ id eſt diſ-

sonās: apud poetas autem Metaplasm⁹ uocat̄ id ē trāsformatio. Quintilian⁹ itē libro primo docet Barbarismū esse uni⁹ uerbi uitiu. Fit deniq; duob⁹ modis. Scripto & p̄nūciatiōe & hoc quadrifariā. Adiectione. Detractiōe: Mutatiōe: Trāsmutatione lr̄e syllabe. Tp̄is. Adiectione lr̄e fit Barbarism⁹. ut relliquias danauꝫ: p̄ reliquias. Syllabe. ut mauors p̄ mars. Tetuli p̄ tuli. alituū p̄ alitū Tp̄is ut Italiā fato p̄fugus. ubi italia p̄ria syllaba cū corripi debeat p̄ducit̄. Detractiōe litere fit barbarism⁹: ut infatib⁹ p̄ īfantib⁹. Syllabe ut salmētū p̄ salsamentū. Tēporis. ut li. viii. æn. Feruere leucatē auroq; effulgere fluct⁹. Mutatiōe lr̄e fit Barbarismus. ut olli p̄ illi: alsuenio p̄ aduēio. Syllabe: ut pnuces p̄ pnices. Tēporis ut feruere leucatē. Vni⁹ obnoxā. Trāsmutatōe lr̄e fit barbarism⁹ ut lergio p̄ religio. Tymbre p̄ tymber. Tēporis ut philosophia penultima correpta. & dn̄a dominus producta penultima.

Ambiguitas.

Vitanda ī primis Ambiguitas (teste fabio li. viii.) q̄ incertum intellectum facit: ut Chremetem audiui percussisse Demam.

Perspicuitas siue claritas.

Nobis sit p̄ria uirtus p̄spicuitatis p̄pria uerba: rect⁹ ordo: nō ī longū dilata cōclusio: nihil deniq; desit: neq; sup̄fluat. Ita sermo & d doctis p̄babilis. & planus imperitis erit. Magna uirtus est res de quibus loquimur clare atq; ut cerni uideant̄ enuntiare. Vt cōstitit in digitos ex templo arrectus uterq;. Et in descriptione conuiuii luxuriosi. Videbar uidere alios intrantes: alios uero exeuntes. quosdaꝫ ex uino uacillantes quosdam hesterna potione oscitantes. humus erat immunda: lutulenta uino: coronis languidulis & spinis cooperta piscium. Quid plus uideret: q̄ interesset? Cōtingit eadem Claritas ex accidentibus: ut & trepide matres præssere ad pectora natos.

Obscuritas.

Pessima sunt q̄ uerbis apta occultos sensus habēt. fit ēt obscuritas uerbis ab usu remotis: ut si cōmentarios q̄s pōtificū & uetustissima federa: & exoletos scrutat⁹ auctores id ipsū petat ex iis q̄ inde cōtraxerit. q̄d nō intelligatur: hinc enī aliqui famā eruditionis afficiant ut quædā soli scire uideantur. Atqui. Ci. satis aperte p̄ceperat: in dicendo uitiū uel maximū esse ab uulgari gn̄e orationis: atq; consuetudine cōmunis sensus abhorrere. Scripserat & C. Cesar ut tanq̄ scopulum sic fugias inauditum atq; insolens uerbum. Hinc phauorinus ph̄us adolescenti ueterum uerborū cupidissimo ait (ut Gellius refert) Viue moribus præteritis loquere

uerbis præsentibus.

Verbum humile & sublime.

Sicut in oratione nitida notabile humilis uerbum & uelut macula: ita in sermone tenui sublime nitidumq; discordat: fitq; corruptum: quia in plano tumet.

Macrologia.

Vitanda macrologia: id est longior q̃ oportet sermo: ut apud Liuiũ Legati nõ ĩpetrata pace retro domũ unde uenerãt abierũt.

Periphrasis.

Sed huic uicina periphrasis habetur. i. circũitus eloquendi: uel circunlocutio. Fit enim quum id quod uno aut paucioribus uerbis dici potest pluribus explicatur. ut illud ouium teneros depellere fetus id est agnos.

Pleonasmos.

Est & pleonasmos uitium: quuз superuacuis uerbis oratio oneratur: ut ego oculis meis uidi.

Corrupta oratio.

Corrupta oratio in uerbis maxime impropriis redundantib⁹: compræhensione obscura: compositione fracta uocum similium aut ambiguarum: puerili captatione consistit.

De compositione & Aurium iudicio.

Compositio quidẽ uerborũ nõ ex anxio labore uenit: sed usu atq; exercitatione perpetua: quæ magis fluat de ea auribus iudicetur. q̃ uelut arbitrix cõpositionis esse debent. ut Diomedes ait Quod item Celi⁹ asserit ubi ait. M. Tulliũ ĩ orõne pro Pompeio Explicauit maluisse dicere q̃ explicuit: dixit enĩ. Sed consilii celeritate explicauit. Nã si explicuit dixisset ĩpfecto & debili nũero uerborum son⁹ clauderetur. Aures deniq; (ut fabi⁹ scribit) plena sentiũt: parũ expleta cõsiderãt: fragosis offendunt̃: leuibus mulcent̃: cõtortis excitant̃: stabilia probãt: clauda depræhendunt: redundantia ac nimia fastidiũt. Cõpositio itaq; debet esse honesta iucunda uaria. In oĩ porro cõpositiõe tria sunt necessaria teste Fabio li. nono. Ordo. Iunctura. Numerus.

Ordo.

Ordo compositio est uerborum aptis & accomodatis locis. Ordinis igitur obseruatio in uerbis est singulis & contextis. Singula sunt quæ Asyntheta uocantur id est sine compositione: ut Cæsaris illud deuicto fugatoq; pharnace: Veni: Vidi: Vici. de quo Appianus libro secundo. Et illud Amicus familiaris necessarius tibi sum. In iis autem cauendũ ne decrescat oratio & fortio

ri subiungatur aliquid infirmius:ut sacrilego fur. aut latroni petu lans. augeri enim debent sententiæ & insurgere. Vt quod sequi tur magis eo sit quod antecedit: ut nobilis egregius magnificus illustris. Crudelis immanis fur: & sacrilegus. Contexta autem eiuscemodi. Cum iusticiam esse illam apertissime constet ex qua et oppida & ciuitates & prouincie & regna atq; imperia gubernan tur conseruanturq; & amplificantur. omnem cogitationem & di/ligentiam actiones fortunasq; nostras nos deniq; totos libenter exponere debemus:ut ea ípsa iuris equitas diligenter excolatur. Est & alius naturalis ordo; ut uiros ac feminas; diem ac noctem: ortum & occasum dicas potius q̄ retrorsum. Itē pater genuit nu triuit in republica collocauit. Quædam ordine permutato fiunt superuacua:ut castor & Pollux fratres gemini cum finitimis bel/lum gerebant. nam si precesserint gemini fratres addere non est necesse. Terentius tamen ín andria inquit. Si te ī germani fratris dilexi loco. Verbum in fine Verbo sensum claudere multo (si compositio patiatur) optimum est. in uerbis enim sermonis uis inest:& si id asperum erit cedat oratio numeri.

Accusatiuus. Rectus. uerbum.

Locande sunt partes iudicio aurium quoquo lóco: hinc ípsa oratio non solum formanda electione:sed constructione uerbo/rum:ut primo de ora. habetur. Itaq; dicendo Scipio aphricanus deleuit Carthaginem:cultius uerso ordine dicetur. Carthaginē Scipio aphricanus deleuit. Debes igitur accusatiuum præponere: inde Rectum postea uerbum:si aures id patiuntur.

Genitiui Datiui Ablatiui in principio.

Genitiui Datiui Ablatiui initio clausule ponentur. Exemplum est. Epistolarum genera multa esse non ignoras. Domī filius nu/ptias comparabat. Tibi patrimonium dii fortunent. Fabio uiro optimo & homīe doctissimo familiarissime utor. In prælio mor tem pater appetebat.

Adiectiuum ante substantiuum.

Adiectiuum nomen substantiuum præcedat:ut optima uirtus: diuinum ingenium.

Pronomina post substantiua.

Pronomina substantiuís:ut plurimum postponātur: ut patria nostra: filius tuus: litere mee.

Præpositiones.

Præpositiones īter substātiua & adiectiua īseruntur: ut ferace ī agro. Ornatissimo ī loco cētis ī reb⁊. hāc ob cām. Iustis de causis.

Interpositio decens.

Vsurpãus & alia hoc modo. Mea ĩ istuȝ beneficia cognoscitis. Maxime in rēp. diligentia. Summe in hospites liberalitas.

Præpositiones coniunctionesqȝ detracte.

Detracte autē ꝑpositiōes: cōiunctiōesqȝ etiā aliquid obscuritatis afferūt & si grãȝ agēt: ut & suetoni⁹ scribit. Itaqȝ augustus ut animi sensum q̃ aptissime exprimeret: nec ꝑpositiōes uerbis addere. nec cōiunctiōes sæpius iterare dubitauit. hac autem in re. Seruius sulpitius erit exemplo quū ait. Post me erat ægina ante magara dextra pyreus: sinistra corinthus.

Aduerbia.

Aduerbia ꝓpe uerbū frequēti⁹ poni decet. hĩc. M. Tulli⁹ ad celiuȝ ait. Fabio uiro optĩo & hoĩe doctissimo familiarissime utor.

Genitiui inter alios casus.

Inter alios casus genitiui apte ponunt̃: ut oĩa reip. iura. Immania sceleratorū hominū flagitia. Casus alii inter genitiuos. Inter genitiuos alii casus ornāt orationē: ut hui⁹ claritudo uiri hui⁹ quirites auctoritas loci.

Rectus inter accusatiuos.

Rectuȝ inter accusatiuos ornat etiā orationem: ut hunc tu hominem appellas? illum ego inertem odi.

Negatiua dictio in fine.

Negatiua dictio elegāter in fine orationis locat̃: ut Ciceronis illud oñdit. Tāquā ulysses cognosces tuoꝝ neminē. Dic itē. Scipione clariorē ĩuenies nullū. Tuo in me animo gratius est nihil.

De Iunctura.

Iunctura est in uerbis incisis membris: periodis. Connexa igitur series tris habet formas. Incisa quæ comata dicuntur. Mēbra quæ cola. Periodon quæ est uel ambitus uel circunductum uel continuatio uel conclusio. Coma est sensus non expleto numero conclusus. plerumqȝ pars membri ut domus tibi deerat? at habebas: pecunia superabat? at egebas. Fit autē & singulis uerbis incisum diximus testes dare uoluimus. Incisum est diximus. Membrum uero est sensus numeris conclusus. Itaqȝ fere incisa & membra mixta sunt. & conclusionem utiqȝ desiderant: hæc omnia Fabius libro nono. Diomedes uero inquit. Coma ē iūcture finito. ut. Etsi uereor iudices (ecce unum coma) ne turpe sit pro fortissimo uiro dicere. iaȝ factum est colō id est membrum quod intellectui sensum præbet sed adhuc pendet oratio: deinde sic ex pluribus incisis membrisqȝ fit periodos id est extrema sententiæ clau Coma Incisum Membrum

sula. Periodos ãt longior esse nõ debet q̃ ut uno spiritu pferatur.

Ca Ca. Qui. Qui. Le Le.

Commissa inter se uerba duo ex ultima sine priori a prima se/quentis syllaba: turpe qd sonat: ut cæca caligo. doria castra. Reli/qui quirites. Ille legit. Amor mortalis.

Luce lucebat. Natam natam.

Videndũ etiam ne syllabe uerbi prioris ultime sint prime se/quentis: ut Ciceronis illud in somnio Scipionis. luce lucebat alie na. & in carmine. O fortunatam natam me consule romam. Et il/lud seruii Sulpitii. Decreui breui ad te perscriberem.

Vocalium concursus.

Creber uocaliũ cõcursus: quum accidit hiat & intersistit & la/borat oratio: ut ibi. Ego oĩ officio ac poti⁹ pietate erga te cæte/ris satisfacio oĩbus. Et ibi. Egredere a domo aliena Antoni.

Eiusdem literæ assiduitatis.

Vitanda est eiusdeȝ literæ nimia assiduitas: ut illustri antonii. O tite tute tati tibi tanta tyrannide tituli. Item Machina multa minax minatur maxima muris. Item. Cassius cura es custodire communem ciuitatem: & cæteri de re cætera certantes. Cæsareȝ cæperunt.

Eiusdem uerbi assiduitas.

Eiusdem quoq; uerbi assiduitas nimia fugienda est: ut illud. Naȝ cuius rationis oratio non constat: ei rationi ratio non est fi dem adhibere.

Consonantes asperiores.

Consonantes asperiores in commissura uerborum rixantur: ut sextus roscius. Ars studiosorum. Error romuli.

S. cum. x.

S. ultime cũ X. proxima stridor est uastus: ut fluuius Xantus: Deceptus Xerxes. Item si post. X. sequatur S. ut nix solita. Et si. x. alteri occurrat. ut rex Xerxes. Dux Xantippus. uirtutis. Lux xe/nophon.

In S desinentia.

Plurimæ quoq; dictiones in S terminate nõ bene conueniũt ut illud. Gignis nobis nouas præceptiones. Itaq; gignis noua præ cepta nobis erit suauius.

Monosyllaba.

Monosyllaba si plura sunt male continuabuntur: ut Horatii. Il lud satyra prima. Anni id fit. Et Terentii in Eu. Et cum eo claȝ tu te subduxisti mihi.

Disyllaba.

Breuium quoq; disyllaborum uerborum ad nominum uitãda continuatio: ut sed sese ipsos fontes esse dicant. & illud. Necesse ẽ eius rei summus artifex sit.

Pentasyllaba.

E diuerso item longorum id est pentasyllaborum: afferũt enim quandã dicẽdi tarditatẽ: ut imperiorũ intelligentia.

Similiter cadentia.

Illa quoq; uitia sunt eiusdem loci: si cadentia similiter & simili ter desinentia & eodem modo declinata multa iungant: ut Ennii illud. Merẽtes flẽtes lachrymãtes ac miserãtes. Et illud fortuna torũ imperatorũ optimorũq; rectorum uirtus magis q̃ fortuna lau datur. Item eos reduci q̃ relinqui. temni q̃ deseri malui.

Longa in fine.

Videtur item ne plurium syllabarum uerbis utamur in fine: ut si diceres. Fecisti cõtra Quintiliani pcepta & institutiones. Præ/cepta enim aptius postremo loco posueris.

Versus in oratione.

Versum in oratione fieri multo fedissimũ est totũ: sed ẽt in p/te deforme. utiq; si pars posterior in clausula deprædendat: ut il/lud Bruti. Quanq̃ sciunt. cõstituũt placuisse catoni. Aut uersus prior in ingressu: ut Liuius. Facturus ne operepreciũ sim. he/xametri enim exordio cœpit. Longa uel breuia in principio. Opti me incipitur a longis. recte aliquando a breuibus. ut animauerti Brute. Maxime autem de prædictis omnibus iudicant aures.

Ex Ab A Abs.

Vtq; diomedes ait Ex & Ab præpositiones: si sequens uerbum a uocali incipiat integre efferuntur: ut ex opido ab illo. Si tamen consonantes sequuntur. extremam literam perdunt: ut e fero a marco. Similiter si uocalis sequatur consonãtis loco posita: ut a iunone: e uirtute. e uino. Priscianus autem libro. xiiii. scribit. Ab & ex in appositione uocali qdem sequente sẽper pponi: ut ab illo ex illo. Consonante raro: & tunc si nulla asperitas uocis phibeat: ut li. ii. æne. Ex quo me diuum pater atq; hominum rex. At. li. i. de xii. carminibus inquit. A quidem uel abs uocali sequente non po nimus. Ab uero non solũ uocalibus sequentibus: sed etiam con/sonantibus quibusdã nõ male sonantibus antecedente ab. ut abdu co. abdo. hæc ille. licet igitur etiã dicere ab duce ab domo. Sæpe deniq; reperit ab consonante sequẽti pposita: quod latius in lima uallensi ostendimus: ubi Laurentius docet ab cum duabus liquidis

& cum.l.quando fit consonans adiũgi solere: ut ab lege: ab legatis: ab literis: ab rege: ab ioue. Abs et ã ante.q.ĩ appositione ponitur: ut abs quolibet. Ante.c.autẽ uel.t.in compositione: ut abscondo: abstraho: abstineo. dicitur item abs te abs tito.

Ex theatro: A theatro.

Præterea ut quibusdã uidetur: nõ idẽ est. Ex theatro uenire: & a theatro. Ex theatro se uenire dicit: q ex ipso uenit theatro. Qui uero dixit a theatro: ñ ex ipso theatro: sȝ a loco q ꝓxim⁹ ẽ theatro

Ad forum & in forum ire.

Ad etiã ꝑpositio & in nẽ unũ idẽqȝ significant: nã in forũ ire est in ipsum forũ intrare. Ad foꝝ ire ĩ locũ foro ꝓximum: ut in tribunal: & ad tribunal uenire nõ unũ est. Ad tribunal enim uenit litigator. In tribunal uero ꝑtor aut iudex.

De numeris.i.modulatione & consonãtia ornate orationis.

Nũc de nũeris hoc est Rhythmis: q sine certo fine moderãtur & tñ rõnabiliter ordinatis pedib⁹ currunt: dicẽdũ uidetur. Nam ueteres: ut scribit Cicero li.iii.de oratore. In soluta oratione numeros quosdã nobis eẽ adhibẽdos putauerũt. Idqȝ princeps Isocrates ĩstituisse fert: ut incõditã ãtiquorũ dicẽdi cõsuetudinẽ delectatiõis atqȝ auriũ cã nũeris abstringeret. Versus aũt ĩ oratione si afficiat cõiunctione uerborũ uitiũ est: & tñ ẽt cõiũctionẽ sicuti uersum numerose sedere: & quadrare & ꝑficere uolumus. In oratione.n.prima pauci cernũt: postrema plurimi. Rhythmus autem est modulata imago uersus: cũ hẽat pedũ: tẽporũqȝ iuncturã cũ lenitate. Metrũ certa q̃litate ac nũero syllabarũ tẽporũqȝ finit: certisqȝ pedib⁹ cõsistit ac claudit. Rhythmus tempoꝝ ac syllabaꝝ pedũqȝ cõgruẽtia ĩ infinitũ multiplicat ac ꝓfluit: ut Diome. ait.

Rhythmus
Metrum

De Dignitate.

Dignitas est quæ reddit ornatã orationẽ uarietate distinguẽs. dȝ eñi tractatio uaria esse: ne q audiũt defatigentur similitudinis satietate. Reficit autem animos ac reparat uarietas ipsa. hæc in uerboꝝ & sñiarũ exornationẽ diuidit. Verboꝝ exornatio ẽ: quũ ad ipsum sermonẽ ꝓpria: ꝑspicua: ornata: idœnea: electaqȝ uerba accommodãtur: abiecta atqȝ obsoleta tollũtur. Sentẽtiarum exornatio est quæ nõ ĩ uerbis: sed in ipsis rebus quandam habet dignitatẽ. Est enim sententia oratio sumpta de uita: generalem pronuntiationem habens: breuiter hortans rem aliquam uel dehortans uel demonstrans: quale sit aliquid. Hortans quidem huiusmodi erit. Optima uiuendi ratio est eligenda eam iucundam con

Verborm exornatio
Sententiaꝝ exornatio
Sententia

suetudo reddet. Itē oēs bene uiuendi rōnes ī uirtute sunt collocā de: ppterea ꝙ sola uirtus in sua potestate ē. Itē hi sapienter faciūt q adolescentes maxime castigāt. Dehortās uero talis. Nō oportet totā noctē dormire consultorem. Itē Heu nihil ī uitis fas quē ꝗ fidere diuis. Demōstrās aūt: ut obsequiū amicos ueritas odium parit. Sentētias deniq; īterponi raro cōuenit: ut rei actores ñ uiuē di pceptores uideamur eē: quū ita interponētur multū afferēt ornamēti. De exornationib⁹ aūt quas colores etiā appellāt lib. iiii. ad herenniū Cicero latissime nouit ibi ergo inspiciende.

De laude & Vituperatione. Tit. XII.

Laus

Laus ē expositio āplificatioq; bonoꝝ quæ alicui accidūt psone uel cōiter uel priuati. Cōiter: ut laus hoīs. Priuatī; ut laus Socratis. Laudam⁹ tñ ēt res ut iustitiā: ut muta animalia: necnon etiā arbores & semina & mōtes & fluuios & similia Sciendūq; ꝙ demōstratiuū genus diuiditur in laudē & uituperationem. Quib⁹ aūt ex rebus laudē cōstituerim⁹ ex cōtrariis rebus erit uituperatio cōparāda. Loca uero laudis uel uituperationis poterūt esse rerum externarum. Corporis: & Animi.

Deorum laus.

In diis autem generaliter primū maiestatē ipsius eorum naturæ uenerabit᷑: deinde proprie uim cuiusq; & inuenta qua utile aliquid hominibus attulerūt. Vis ostēditur: ut Ioue regēdoꝝ oīm. In Marte belli. In Neptūo maris. Inuēta ut artiū in Minerua. In Mercurio literarū. Medicine apollie. Cætere frugū. Libero uini Tum siqua ab his acta uetustas tradidit cōmemorāda. Addunt ēt diis honorē parentes: ut siquis sit filius iouis. Progenies quoq; ut Apollo ac diana Latone.

Hominum laus.

Magis uaria laus hominis. Nam primu; diuidit᷑ in tpa quodq; ante eos fuit quoq; ipsi uixerunt. Ante hominem patria parentes maioresq; erunt. Illa quoq; ex eo ꝙ ante ipsum fuit tempore trahentur: quæ responsis uel auguriis futuram claritatem pmiserūt: ut eum qui ex Thetide natus esset maiorem patre suo futuru; cecinisse dicuntur oracula.

Rerum externarum sunt ea: que casu aut fortuna secunda: aut aduersa accidere possunt: ut Cens. Ciuitas. Gen⁹. Educatio. Diuitie. Potestas. Gloriæ. Amicitiæ: & quæ huiusmodi sunt: & ea quæ his sunt contraria.

Corporis sunt ea: que natura corpori attribuit cómmoda. Velocitas. Vires. Dignitas. Valitudo. & quæ contraria sunt. Animi

sunt ea: quæ consilio & cogitatione nostra constant. Prudentia: Iustitia. Fortitudo. Modestia & quæ contraria sunt.

A b externis laus.

Ab externis rebus. Gens in laude: ut latin⁹ grec⁹. Ciuitas ut uenetus roman⁹ atheniensis. Genus in laude quib⁹ maioribus nat⁹ sit: Si bono genere parem aut excelsiorez fuisse dicemus. Debemus quoq; oẽs ꝓgenitores insignes ad eum usq; quem laudatum uolumus memorare: & in singulis claꝝ aliqd summatim apponere. Si humili genere: ipm in suis nõ in maioꝝ uirtutibus habuisse ꝑsidium. In uitupatione si bono genere dedecori maiorib⁹ fuisse ostẽdemus. nam quosdã claritas ipa notiores circa uitia & inuisos magis fecit. Si malo: dicem⁹ etiaz maioribus suis detrimento fuisse.

Vitupatio

Debemus autem in uituperationibus fere cunctis ironia uti: & in his aduersarium deridere: quibus ille maxime exultat. Educatio in laude: ꝙ bene honesteq; in bonis disciplinis educatus tota pueritia fuerit: ut achilles apud chironem. In uituperatione cõtra. inde se retraxisse aperte narrabimus. Deinde sequitur uictus ut in achille ꝙ medullis leonum pastus est ꝙ parce modesteq; uixerit: ut Socrates qui adeo parco temperatoq; uictu utebatur ut cum athenas lues sæpenumero uastaret: solus ipse nunquaz egrotauerit. Præterea in diuitiis qualis: aut in paupertate cuiusmodi fuerit. Quemadmodum habuerit in potestatibus gerendis animuz. Quæ gloria: quæ amicitiæ: & quid fortiter in inimicitiis gerendis fecerit. Cuius causa susceperit inimicitias. Qua fide: beniuolentia officio gesserit amicitias. Si interierit: cuiusmodi mors fuerit & qua causa an pro patria pugnans obierit. Cuiusmodi res mortem eius sit consecuta. Si certamina in eius honorez sunt celebrata. Quomodo Patroclo ab achille: & anchise ab enea. Vel ignominia secuta sit: ut Melio cuius domus solo æquata.

Educatio

A Corporis commodis laus.

A Corporis cõmodis. A natura in laude: si sit dignitas atq; forma laudi fuisse eam: non quemadmoduz cæteris infamiæ atq; dedecori dicemus. Si uires atq; uelocitas egregia honestis hæc exercitatióibus & industriis comparata. Si ualitudo perpetua: diligentia & temperantia cupiditatum. Vnde Cyrus apud Xenophontem inquit. Primum equidem operando ne unq̃ saturer. id enim difficile est & graue. Dein uero per laborem immissa consumo: ita enim mihi uideor & perseueratius bene ualere & robustior effici. In uituperatione: si erunt hæc corporis comoda: male his

nsum dicemus: quæ casu & natura tanq̃ quilibet gladiator habuerit. Sin minus erunt: preter formam omnia ipsius culpa & intemperantia fuisse dicemus.

Ab animo laus.

Ad omnes autem res quibus animus hominis maxime consideratur: ille sane quattuor animi uirtutes erunt accommodande: ut si laudabimus aliud quidem iuste: aliud fortiter: aliud honeste: aliud prudenter factum esse dicamus. Si uituperabimus aliud iniuste: aliud ignaue: aliud immodeste: aliud stulte factum esse dicemus. Notandum deniq; est non necesse esse nos omnis has partes in laudem aut uituperationem transferre: propterea q̄ sæpe non incidunt: aut ita tenuiter ut non sint necessarie. Laudabis item a professionibus & disciplina: id est quod officiu; professus est philosophicum uel rhetoricum uel militare. Laudabis quoq; a gestis ut militarem uitam degens quid in ea gesserit. Laudādum in quibusdam: q̄ immortalitatem uirtute sint consecuti. A etatis autem gradus gestarumq; rerum ordinem sequi speciosius est. Vt in primis annis laudetur idoles & pudicitia. In adolescentia uero mores studia disciplinæ. Post hoc operum: id est factorum dictorumq; contextus. Et sciamus gratiora esse audientibus: quæ solus quis aut primus: aut certe cum paucis fecisse dicetur. Afferunt laudem liberi parentibus. Vrbes conditoribus: leges latoribus. Inuentoribus artes: necnō instituta quoq; auctoribus: ut a Numa traditum deos colere. Qui omnis etiam in uituperatione ordo constabit tantum in diuersum. Et quia sit quædam uirtutibus aut uitiis uicinitas utendum proxima deriuatione uerborum præcipiunt: ut pro temerario fortem: pro prodigo liberalem: pro auaro parcum uocemus.

Funebris oratio.

Funebris autem oratio defunctos satis laudet superstites benigne moneat. Filios eorum fratresq; ad uirtutis ipsorum imitationem hortetur. Parentes uero & maiores alios si qui supersunt cōsoletur. Ante omnia generosam illorum stirpem laudemus. Deinde educationem & disciplinam. Postremo narremus ita ab eis fuisse res gestas: ut maxime decebat eos qui essent ex talibus oriūdi. Funebres autem conciones tristes ac summisse erunt.

Comparationes in laude.

Maximā uero occasionem in huiusmodi orationibus suppeditant cōparationes quas quidē pones quo i loco tēpus admoneat

294

Oportet enī & cæterorū nominū uel uirorū ꝑclara facinora colligendo cōferre: & huius quē laudas longe illis maiora esse ostēdere. Illorū quidē quæ minima sūt: hui⁹ āt quæ maxīa sunt enarrando. Procedentes igit̃ ꝑ loca laudationis cōparamus & urbem urbi: & genus generi: & uictum uictui: & professionem professionibus: & gesta gestis: & ea q̄ accidunt extrinsecus & diuersos mortis modos & quæ ea sunt consecuta.

Mutorum animalium laus.

Muta quoq̧ animalia & ab loco in quo nascūtur laudantur: & a diis in quorum sunt tutela ut columba ueneri equus. Neptuno dicitur esse consecratus.

Rerum laudes.

Res aūt laudē ab inuentorib⁹ accipiunt: ut uenationem diana inuenit. Arbores & a loco in quo gignuntur & ab deo in cui⁹ sūt tutela laudantur: ut oliua minerue laurus apollinis.

Vrbium laus.

Laudant̃ āt urbes similiter atq̧ homines. nā ꝓ parēte ē cōditor & multū auctoritatis affert uetustas. Illa propria quæ ex loci positione ac munitione sunt: in quibus speciē at utilitatem intuemur. Species maritimis planis amœnis. Vtilitas salubrib⁹ fertilib⁹ erit Ciuitati præterea cōmodo talia quædā sūt. Concordia: uires: ad bellum pecuniæ & prouentuū copiæ: sociorum uirtus atq̧ multitudo. quæ uero his contraria sunt inutilia.

Operum laus.

Laus etiam operum est: in quibus honor utilitas pulchritudo auctor spectari solet. Honor ut in templis. Vtilitas in muris. pulchritudo uel auctor utrobiq̧ est.

De memoria. Tī. XIII.

Memoria ē firma animi rerū & uerboꝝ dispositionis ꝑceptio: cui⁹ facultatē souet exercitatio lectiōis: & iteratō atq̧ repetitō frequēs. Memoriæ uirt⁹ ē duplex. facile ꝑcipere: & fideliter cōtinere. Est āt prudētiæ ps memoria. Nā prudētiæ: q̄ est rerū bonarū & malarū sciētia. Partes sūt: Memoria: Intelligētia: Prouidentia. Memoria ē p quā anim⁹ repetit illa q̄ fuerūt. Intelligētia ē p quā anim⁹ ea pspicit q̄ sunt. Prouidētia uero est per quā futurū aliquid uidet̃ anteq̄ factū ē. q̄ oīa Cicero lib. ii. rhe. scribit. Sūt aūt duæ memoriæ: altera naturalis: altera artificiosa. Naturalis ē ea q̄ nostris animis insita ē & sine multa cogitatione nata. Artificiosa uero est ea: quā confirmat inductio q̄dā & ratio ꝑceptōis. De memoria Cicero lib. i. de oratore sic ait. Quid dicā

Virtus memoriæ
Prudētia & eius partes
Memoria
Intelligētia
Prouidētia
Memoria duplex

de thesauro rerum memoria? quæ nisi custos inuentis cogitatisq; uerbis & rebus adhibeatur: intelligimus omnia etiam si preclarissima fuerint: in oratore peritura. Et ut Fabius libro. xi. docet. Oīs disciplina memoria constat: frustraq; docemur: si quicquid audimus præterfluat. Simonides chius (ut. M. Tullius li. ii. de oratore meminit) primus artem memoriæ ꝓtulit: dicunt enim cū cænaret. Cranone in thessalia. Simonides apud scopam fortunatū hominem & nobilem: cecinisset q; id carmē quod ī eum scripsisset: ī quo multa ornandi cā poetarum more in Castorem & Pollucem fuissent: nimis illū sordide Simonidi dixisse: se dimidiū eius ei qđ pactus esset ꝑ illo carmine daturū: reliquū a suis tyndaridis: quos eque laudasset: peteret: si ei uideretur. Paulopost esse ferunt nunciatum Simonidi ut ꝓdiret. Iuuenes stare ad ianuā duos quosdam qui eum magnopere uocarent: surrexisse illum ipsum prodiisse uidisse neminem. Hoc interim spacio conclaue illud ubi epularetur Scopas concidisse: ea ruina ipsum oppressum cū suis interiisse quos cum humare uellent sui: nec possent obtritos internoscere ullo modo. Simonides dicitur ex eo q; meminisset: quo eorum loco quisq; cubuisset: demonstratorē uniuscuiusq; sepeliendi fuisse. Hac tum re admonitus inueuisse fertur ordinē esse maxime qui memoriæ lumē afferret. Nam qui recte diuiserit nunq̄ poterit in rerum ordine errare. Itaq; his qui hāc partem ingenii exercent locos esse capiēdos: & ea quæ maxime memoria tenere uelint effingenda animo: atq; in his locis collocanda sic fore: ut ordinem rerum locorum ordo seruaret. Res autem ipsas rerum effigies notaret: atq; ut locis pro cera seu charta: simulacris pro literis uteremur. Constat igitur artificiosa memoria ex locis & imaginibus. Locos appellamus eos q natura aut manu sunt absoluti: ut ædes intercolunnia: angulum: fornicem: & alia quæ his similia sunt. Imagines sunt formæ quædā & notæ & simulacra eius rei quā meminisse uolumus: quod genus leonis aquile mæmoriam si uolemus hr̄e: imagines eorum certis in locis collocare nos oportebit. Aīaduertendū ē q; neq; tam acri memoria ullus est: ut nō dispositis notatisq; reb9 ordinē uerborum atq; sentētiarū cōplectatur. Neq; uero tā hebeti: ut nihil a cōsuetudīe & exercitatione adiuuet'. Industria eīn studio labore diligētia firmat' mēoria. Nunq̄ sit igit' quin aliquid memoriæ tradere uelimus. In oratore quippe (ut. M. Tulli us li. i. de o ratore scribit) Acumē dialecticorum: sn̄ia philosophorum: uerba ꝓpe poetarū. Memoria iurisconsultorum: uox tragedorum: gestus pene summorum actorum est requirendus. Ceterum qm̄

Locus

Imago:

295

ediscenti scribẽtiq; plurimũ confert bona ualitudo: temperatusq; cibus. nam ne mente quidem recte uti possumus multo cibo & potiore completi: memoriaq; humidis & frigidis non parum offenditur. Corpus ipsum supfluitatibus careat. hinc die quoq; fiat egestio. Vina præterea magna fugiantur. hominis enĩ metem mutant: furoremq; gignunt: rerumq; oĩm obliuionẽ & mortẽ memoriæ: ut latius Plinius li. xiiii. scribit. Proderit autẽ diebus aliquod uino abstinere & aqua potius zuccari uti. Vnde Plato li. ii. de legibus ita scribit. Sed multo magisq̃ cretensiũ lacedemoniorumq; usum: Carthaginensium legem ꝓbarem: ut nunq̃ in castris quisq̃ gustare uinum audeat: sed toto illo tempore aqua bibatur: & in ciuitate nunq̃ uini usum seruo uel seruæ cõcederem. Sed nec magistratibus toto eo tẽpore: quo magistratu funguntur: gubernatores etiã atq; iudices munus suũ subituros a uino penitus ꝓhiberẽ: Deliberaturos quoq; de rebus nõ oĩno negligendis. Ac nulli penitus interdiu uinũ concederẽ: nisi exercitationis corpeæ morborumq; cã hoc potu opus fuerit: neq; etiam nocte uiro uel mulieri quando liberis operam dare uolunt. Plura etiã referri possent: in q̃bus hoĩes legis recte mentisq; compotes uino abstinerent: hec Plato. Et Gellius li. x. c. xxiiii. refert Romulũ ad cœnam uocatũ ibi nõ multũ bibisse: quia postridie negotiũ haberet. Apuleiusq; libro. iiii. floridorum scribit. Sapientis uiri super mensam celebre dictum esse. Primã craterẽ ad sitim. Secundã pertinere ad hilaritatem. Tertiã ad uoluptatẽ. Quartam ad insaniam.

De usu uini

De pronuntiatione. Tit. XIIII.

PRonũciatio quæ a. M. Tullio. Actio dicit᷑: est uocis uultus gest⁹ moderatio tẽperãtia ue cũ uenustate. i. decore dignitate gratia & uenere. Diuiditur igitur pronũtiatio in uocis figurã & corporis motum. Altera uero aures: alter oculos mouet per quos duos sensus omĩs ad animũ penetrat affectus. Actio autẽ (ut Cicero libro. iii. de oratore inquit) in dicendo una dominatur: sine hac summus orator esse in nũero nullo potest. Mediocris hac ĩstructus summos sæpe superat. huic primum locum dedisse. Demosthenes dicitur quum rogaretur q̃d in dicendo esset potissimum: huic secundum: huic tertium.

Diuiditur pnũciatio

De figura uocis.

Figura uocis est quæ suum quendam possidet habitũ rõne & industria cõparatum. Ea diuiditur in tres partes. Magnitudinem Firmitudinẽ. Mollitudinẽ. Magnitudinẽ uocis & firmitudinem maxĩe cõparat natura; nõ nihil auget; sed maxĩe cõseruat accura/

Diuisio Magnitudo uocis

tio:exercitatioq; declamationis. Mollitudinē uocis hoc est ut eā torquere pro nostro commodo possimus maxime faciet exer/citatio declamationis. Mollitudo.

De uocis firmitudine.

Firmam poterimus in dicendo uocem conseruare si q̄ maxīe sedata & depressa uoce principia dicemus: nō tamen infima & in audita:sed quæ possit pedetentim augeri. Lædūtur arterie: si an tequam uox bene pmulsa est:acri clamore cōplentur. Et interual lis longioribus uti conueniet. recreatur em̄ spiritu uox ; & arterie conticēdo reqescūt. Cōtinuūq; clamorē emittere : & ad sermonē redire oportet pariter. Cōmutationes enim faciunt ut nullo gñe uocis effuso in omni uoce integri simus. Et acutas uocis exclama tiones uitare debemus. ictus enim fit, & uulnerantur arterie acuta atq; extenuata nimis acclamatione. Etsi quis splendor est uocis cōsumitur uno clamore uniuersus. At uno spū continētur mul/ta dicere conuenit in extrema orationæ. fauces em̄ calefiunt & ar/terie coplentur. Et uox quæ uarie tractata est reducitur in sonum quēdā equabilē atq; cōstantē. Conseruat uocē cōtinui clamoris remissio. Auditoreq; maxīe delectat uarietas. Et sermone. i. pnū tiationis suauitate animū eius retinet & excitat clamore. Acuta exclamatio uocem & fauces uulnerat. eadē ledit auditorē. habet enim quiddā illiberale & ad muliebrē potius uociferationē q̄ ad uirilē dignitatē in dicendo accomodatu3. Ornata est pnuntiatio cui suffragatur uox facilis:magna:beata. i. plena & pfecta:flexibi/lis:firma:dulcis:durabilis:clara:pura:secans aerea:auribus sedens Vox autem ultra uires urgenda non est : nam & suffocatur sæpe & maiore nisu minus clara est. Et interim elisa in illū sonū erūpit cui græci nomē ab gallorum īmaturo cātu dederunt. Nec uolubili/tate nimia confundēdaq; dicimus. promptum sit os non preceps Nihil. n. ordinatū ē quod præcipitatur & pperat. Itaq; uis illa di/cendi rabida atq; abūdans (ut Seneca inquit) aptior est circulāti: q̄ agenti rem magnā ac seriam: docentiq;. Quid qđ ne uoluptatē quidē ullā habet talis uerborū sine delectu ruentiū strepitus? Vn de quemadmodum sapienti uiro incessus modestior cōuenit: ita oratio pressa non audax. Ponenda igitur uerba sunt: non proiici/enda: & pedetentim procedendum. Tamen moderatu3 sit os nō lentum. Nec em̄ stillare nec currere orator debet. Na3 illa quoq; inopia & exilitas minus intentu3 auditorē habet tedio interrupte tarditatis. quæ res & difficultatem inueniendi fatetur : & segnitia soluit aīmos. Spiritus quoq; nec crebro receptus cōcidat senten/



tiam:nec eouſq; trahatur donec deficiat. nam & deformis eſt cō/
ſumpti illius ſonus: quare longiorem dicturis periodum colligē
dus eſt ſpiritus aliquantiſper.

De motu corporis.

Motus corporis eſt geſtus et uultus moderatio quædā: q̄ pro
nuntianti conuenit & probabiliora reddit ea quæ pronuntiant̄.
Conuenit igitur in uultu pudorem & acrimoniam eſſe. Decor
quoq; a geſtu atq; motu uēit: ideoq; Demoſthenes grāde quod/
dam ſpeculum intuens componere actionem ſolebat.

Caput.

Præcipuū uero ī actione (ſicut ī corpore ipſo) caput ē. Sit itaq;
rectū & ſecundū naturā. nā deiecto humilitas. ſupino arrogantia
in latꝰ inclinato lāgor præduro ac rigēte barbaria quædā mētis
oſtēdit̄. Tum accipiat aptos ex ipſa actione motꝰ ut cū geſtu cō/
corder: & manibꝰ ac lateribꝰ obſequatur. Aſpectꝰ. n. ſemper eodē
uertit̄ quo geſtꝰ: exceptis q̄ aut dānare aut concedere aut a nobis
remouere oportebit: ut idē illud uultu uideamur auerſari manu
repellere: ut Dii talē terris auertite peſtē. Haud equidē tali me di
gnor honore. Significat uero caput ipſum plurimis modis. naꝫ
prærer annuendi renuendi confirmandiq; motus: ſunt & uerecū
diæ & dubitationis & admirationis & dignitatis noti & commu/
Nota nes omnibus. Sed frequens eius nutus non caret uitio. Nam id
iactare & comas excutiendo rotare phanaticuꝫ eſt. Vultus. Do
minatur autem maxime uultus. hoc ſupplices: hoc minaces: hoc
blandi: hoc triſtes: hoc hilares: hoc erecti: hoc ſummiſſi ſumus.
hoc pendent homines. hunc intuentur. hunc ſpectant etiam an/
teq̄ dicamus: hoc quoſdam amamus: hoc odimus: hoc plurima
ītelligimus. hic eſt ſæpe pro omnibus uerbis. Itaq; in his quæ ad
ſcenam componuntur fabulis artifices pronunciandi a perſonis
quoq; affectus mutuantur. ut ſit Niobe in tragædia triſtis: atrox
medæa: attonitus aiax: truculentus hercules.

Oculi.

Nota Sed in ipſo uultu plurimū ualent oculi: p quos maxi me animꝰ
emanat: ut citra motum quoq; & hilaritate eniteſcant: et triſtitiæ
quoddā nubilū ducāt. Quin etiā lachrymas iis natura mētis indi/
ces dedit: quæ aut erumpūt dolore: aut letitia manāt. Motu uero
intenti: remiſſi: ſuperbi: torui: mites: aſperi: lāguidi: mobiles fiunt
quæ ut actus popoſcerit fingent̄. Nam apertos cōpræſſoſue eos
in dicendo quis niſi plane rudis & ſtultus habeat?

Supercilia.

Multū & superciliis agitur. nam & oculos formant aliquaten⁹ & fronti imperant. Vitium in superciliis: si aut immota sunt omnino: aut nimium mobilia. Ira antē contractis. Tristitia deductis hilaritas remissis ostenditur. Annuendi quoq; renuendiue ratio ne demittuntur aut alleuantur. Nota

Nares. Labra.

Nariū frequēs emunctio repræhēdit̃. Iabra male porrigūt̃ scindunt̃: astringunt̃: deducunt̃ & dentes nudāt & in latus ac pene ad aurē trahunt̃. replicantur: pēdent. Lambere quoq; ea & mordere deforme est. Cū etiam in efficiendis uerbis modicus esse eoꝝ debeat motus. ore enī magis q̃ labiis loquendum est. Nota

Ceruix. Collum.

Ceruicem erectā oportet esse: nō rigidā aut supinā. Collu; diuersa sed pari deformitate contrahitur & tēditur. Sed tēso subest & labor: tenuaturq; uox ac fatigat̃. Affixū pectori mentū minus claram: & quasi latiorem præssio gutture facit.

Humeri. Brachia. Manus.

Humerorū raro decens alleuatio atq; cōtractio ē. Brachii moderata ꝓiectio. Manus uero sine quib⁹ trunca esset actio ac debilis: uix dici potest quot motus habeāt: cū pene ipsā uerboꝝ copiā ꝑsequantur. Solēt itaq; inter alios gest⁹ ad se manū referre: quu; de seipsis loquuntur & in eū quē demonstrāt intendere. Man⁹ cū sensu incipiat & deponat̃: alioquin aut ante uocem erit gest⁹: aut post uocem: quod est utrūq; deforme. Nota

Pectus, Venter. Latera.

Pectus ac uenter ne ꝓiiciant̃ obseruandū. pandunt enī posteriora. & ē odiosa omnis supinitas. Latera cū gestu consentiant. facit enim aliquid & totius corporis motus. adeo ut Cicero plus illo agi q̃ manibus ipsis putet.

Pedes.

In pedib⁹ obseruent̃ stat⁹ & īcessus. ꝓlato dextro stare & eādē manū ac pedē ꝓferre deforme est. In dextrū ꝓcūbere interī dat̃ sed æquo pectore. Male etiā ī sinistrū pedem insistētium dexter aut tollitur aut summis digitis suspēditur. Pedes supplosio in loco est opportuna. Est & illa indecora in dextrū ac leuum latus uacillatio alternis pedibus insistentiū. Repræhendenda est & illa frequens concitataq; in utranq; partem mutatio. Nota

Gratiarum Actio.

In laudationib⁹: nisi funebres erūt: gratiarum actio læta & magnifica & sublimis erit. Funebres cōciones tristes ac summisse.

Pronuntiationis tres effectus.

Tria autẽ præstare debet pronuntiatio. Conciliet. Persuadeat: moueat. Conciliatio fere aut commendatione morũ: qui nescio quomodo ex uoce etiam atq; actione perlucent. Aut orationis suauitate constat. Persuadendi uis affirmatione: quæ interi; plus ipsis probationibus ualet. Mouendi autem est ratio aut repræsẽtandis aut imitandis affectibus.

Cõciliatio
Persuasio
Motio

Dicendi initium.

Quũ aliquis dicere de causa iusserit leuiter cõsurgẽdũ: tũ in cõponẽda toga: uel si necesse erit etiã ex integro iniiciẽda. Paulũ ẽ cõmorandũ ut & amict⁹ sit decẽtior: & aliqd spacii ad cogitãdũ. Non enĩ ꝓtin⁹ ẽ erũpendum: sed dãda breuis cogitationi mora. Mire nanq; auditurũ dicturi cura delectat: seq; etiã ipse cõponit: hoc ꝑcipit Homerus Vlyssis exẽplo: quẽ stetisse oculis in terram defixis immotosq; sceptro: priusq̃ illã æloquentiæ procellam effunderet ait. In hac cunctatiõe sunt quædã nõ indecentes moræ: Caput mulcere: manum intueri: infringere articulos: simulare conatum: suspiratione sollicitudinem fateri.

Status.

Status sit rectus: æqui & deducti paulũ pedes uel ꝓcedẽs minimo momento sinister. Genua recta: sic tamen ut non extendantur. Humeri remissi. Vultus seuerus non mæst⁹: nec stupens: nec languidus. Brachia ab latere modice remota. Dextra quũ iã incipiendũ erit paulum prolata ultra sinum. Vitiosũ est intueri lacunaria: perfricare faciem. Vultum quo sit magis toruus superciliis astringere. Capillos a fronte contra natura; retro agere. Demũ norit se quisq;: nec tantum ex communibus ꝑceptis: sed etia; natura sua capiat consilium formande actionis.

Discendum esse. Tit. XV.

QVid autem stultius est (inquit Seneca ad Lucilium epistola. lxxvii.) q̃ quia diu non didiceris non discere? Omnis etatis homines hæc schola admittit. In hoc senescamus: & iuuenes sequamur. In theatrum senex ibo & in circũ deferar: & nullum par sine me depugnabit. ad philosophum ire erubescam? Tam diu discendum est q̃ diu nescias: si prouerbio credimus q̃diu uiuas. Et epiststola. l. ait. Dociles natura nos edidit: & rationem dedit imperfecta;: sed quæ perfici possit. Epistola uero. li. sic. Sed nec indurata despero: nihil est quod non expugnet pertinax opera: & intenta ac diligens cura. Itaq; cogenda est mẽs ut incipiat. In epistola. lxxxxy. sic. Pars uirtutis disciplina con/

stat. pars exercitatione: & discas oportet: & quod didicisti agendo confirmes. Epistola quoq3. vi. sic. Ego uero cupio in te omnia transfundere: & in hoc gaudeo aliquid discere ut doceā3. Nec me ulla res delectabit: licet eximia sit & salutaris: quam mihi uni sciturus sum. Quintilianus autem libro secundo pueros uult edi/scere electos ex orationibus uel historiis. alio quoq3 genere dignorum uoluminu3 locos. Hieronymusq3 i aureolo inquit. Cuidam fratri qui hebreis crediderat: me in disciplina3 dedi: ut post Quintiliani acumina grauitatemq3 frontonis: Ciceronisq3 fluuios & lenitatem. Plynii alphabetum discerem: stridentiaq3 & anhelantia uerba meditarer. Quid ibi laboris sumpserim. Quid sustinuerim difficultatis. Quotiens desperauerim: & contentione discendi rursus incæperim. Testis est conscientia tam mea qui passus sum: q̄ eorum qui mæcum duxerunt uitam. Et gratias ago domino: q̄ de amaro semine literarum dulces fructus capio. At Horatius in arte poetica sic. Cur nescire pudēs praue q̄ discere malo? Et idem Hieronymus in aureola. Socrates ille thæbanus homo quondam ditissimus: quum ad philosophandu3 athænas pergeret magnu3 auri pondus abiecit. Nec putauit se simul uirtutes & diuitias possidere posse. Quintilianus uero libro primo ita scribit. Plato non contentus disciplinis: quas præstare poterant athenæ non pythagoreorum ad quos in Italiam nauigauerat. Aegypti quoq3 sacerdotes adiit: atq3 eorum arcana pdidicit. Vtq3 laærtius ait interrogatus Aristoteles quo differret docti ab indoctis. inquit quo uiuentes a mortuis.

Studendi modus. Tit. XVI.



IN hoc me recondidi & fores clausi īquit Seneca ad Lucilium ut prodesse pluribus possem. Nullus mihi per ocium dies exit. partes noctium studiis uendico. Non uaco somno: sed succumbo & oculos uigilia fatigatos: cadentesq3 in opere detineo. Secessi non tantū ab hominib⁹: sed etiā ab reb⁹: & primum ab rebus meis posterorū negotiū ago. Illis aliqua quæ possint prodesse cōscribo. Epistola aūt. cv. sic. Incipio toto animo studere. Nō multū ad hoc loc⁹ cōfert: nisi se sibi pstat anim⁹: q se certū & in occupationib⁹ mediis si uolet habebit. Inter studia uersandū ē & inter auctores sapiētiæ: ut q̄sita discam⁹ nondū inuēta quæram⁹. In epistola. cxxiii. sic. Si qs cū ipso (ut ita dicā) die surgat officiosior meliorq3: q̄ siqs illū expectat & lucem primam exuit. Turpis qui alto sole semisomnis iacet: cui⁹ uigilia in medio die incipit: & adhuc multis hoc ante lucanu3 est. Studium senecæ

Catulus deniq; apud Ciceronē libro .ii. de oratore ait. Gaudeo iudicium animi mei comprobari quod semper statui. Neminem sapientiæ laudē & eloquentiæ sine summo studio & labore & doctrina consequi posse.

Lectio qualis. Tit. XVII.

Auctoritas senecæ



Rrimum argumentū compositæ mentis (ait Seneca ad luciliū epistola secunda) existimo posse consistere & secum morari. Illud autem uide ne ista lectio multorum auctorum: et omnis generis uoluminū habeat aliquid uagum & instabile. Certis ingeniis immorari & innutriri oportet: si uelis aliquid trahere quod in animo fideliter sedeat. Nusq̄ est q ubiq; est. In peregrinatione uitam agentibus hoc euenit: ut multa hospitia habeant: nullas amicitias. Idem accidat necesse est eis: q̄ nullius se ingenio familiariter applicant: sed omnia cursim & properanter transmittunt. Non prodest cibus nec corpori accedit: q statim sumptus emittitur. Nihil æquæ sanitatem impedit q̄ remediorum crebra mutatio. Non conualescit planta quæ sæpius trāsfertur. Nihil tam utile est quod in transitu prosit. Distrahit librorum multitudo. Sed modo etiam inquis hunc librum euoluere uolo: modo illum: fastidientis stomachi est multa degustare quæ ubi uaria sunt & diuersa coinquinant non alunt. Et quum multa pærcurreris unum excerpe quod illo die cōcoquas. Hoc ipse quoq; facio: ex pluribus quæ lego aliquid appræhēdo. Epistola uero centesima nona sic. Illud tamen prius scribā quemadmodum tibi ista cupiditas discēdi: quæ flagrare te uideo: digerēda sit: ne ipsa impediat. Nec passim carpēda sunt: nec auide inuadēda uniuersa: per partes peruenitur ad totū. Aptari onus uiribus debet: nec plꝰ occupari q̄ cui sufficere possimus. non quantum uis: sed quantum capis hauriendum est. Quo plus recipit animus hoc se magis laxat. Hæc nobis præcipere Attalum memini: quum scholā eius obsideremus: & primi ueniremus & nouissimi exiremꝰ. Epistola item xlv. sic. Lectio certa prodest uaria delectat. Qui quo destinauit ꝑuenire uult: unam sequatur uiam: non per multas uagetur. Non ire istud sed errare est. Quintilianus uero libro primo sic. Institutum est ut ab Homero atq; Vergilio inciperet puer. q̄q̄ ad intelligendas eorum uirtutes firmiori iudicio opus est. Sed huic rei superest tēpus: neq;. n. semel legētur. Vtiles tragædi. Comædia æquæ plurimū conferre ad æloquentiam potest. Cum ꝑ omnes & personas & affectus eat. Est ī tragædiis uerborum grauitas: in comædiis elegantia. Cicero ut mihi quidem uidetur & iucundus incipienti

nota pulcherrimū exēplū studentis

oportet studētē ex studio suo aliqd excerpere

bus quoq; & apert⁹ est satis. Nec ꝓdesset tantū sed amari potest. Lectio imprimis sit uirilis & cū suauitate quadā grauis: & nō quidem prosæ similis: quia carmē est: & se poete canere testant. Nō tamen in canticum dissoluta: nec plasmate ut nunc a plerisq; fit effœminata. De quo genere. C. Cesarem ꝑtextatum accipimus dixisse Si cantas male cantas: si legis cātas. Præterea in lectione demonstrari oportet puer: ut sciat ubi suspendere spiritum debeat: quo loco uersum distinguere: ubi claudatur sensus: ubi incipiat. quando attolenda uel submittēda sit uox. Quid quoq; flexu q͂d lentius celerius concitatius lenius dicendum.

Discipulorum officium. Tit. XVIII.

Et docendi & discendi debet esse propositū (auctore Seneca epistola. Cix.) ut ille prodesse uelit: hic proficere. Qui ad philosophorum scholas quotidie uenit secum aliquid boni ferat. Quidam ueniunt ut audiant non ut discant. Epistola uero. liii. sic. Eligamus eos qui uitam doceant: qui quum dixerint quid faciendum sit: probant faciendo: qui docent quid uitandum sit: nec unq̄ in eo quod fugiendum dixerint depræhenduntur. Eum dilige adiutorem quem magis admireris: quum uideris q̄ quum audieris. Audiendi autem sunt præceptores. Plynius enim iunior inquit. Sed legendi semper occasio est: audiendi non semꝑ. Præterea multo magis (ut uulgo dicitur) uiua uox afficit. nā licet acriora sint quæ legas: altius tamē in animo sedet: q̄ pronuntiatio uult⁹: habitus: gestus: etiam dicentis affigit. Circūspiciendus autē ꝑceptor est cuius scholæ seueritas: pudor imprimis castitas constet. a quo mores primum: mox æloquentiam discas: quæ quidem male sine moribus discitur. Minores autem ꝑceptores (ut & Quintilianus asserit) minus docent & peius. Erit etiam obscurior quo quisq; deterior. Tradendus igitur puer optimo cuiq; præceptori. Nam apud eū discipuli quoq; melius instituti aut discent quod inutile non sit imitari: aut si quid errauerit statim corrigentur. At indoctus ille etiam probabit fortasse uitiosa: & placere audientibus iudicio suo coget. Hieronymus autē in aureola. Lædit discipulus magistrum si per negligentiam suā præcepta: eiusq; laborem disperdat. Nec te ipse doceas: nulla ars absq; magistro discitur. Festino igitur gradu pergamus ad magistros: & eorum teramus limina. Seneca epistola septima. Cū his uersare: qui te meliorem facturi sunt. Quintilianus libro secūdo Plura de officio docentium locutus: discipulos in unum interim moneo: ut præceptores suos non minus q̄ ipsa studia ament. Et

Seneca

parentes esse non quidem corporum: sed mentiũ credant. Multum hæc pietas confert studio. Nam ita & libenter audient & dictis credent. Ex iudicio præceptoris discipulus pẽdeat: atqꝫ id se dixisse recte quod ab eo probabitur credat. Vultum præceptoris intueri tam qui audiunt debent: q̃ ipse qui dicit. ita enim probanda atqꝫ improbanda discernent. Id autem omne fere Quintilianus a Cicerone mutuatus est. ait enim ille ad filium scribens epistolam.

Præceptor amari debꝫ

Non minus præceptorẽ amare habes q̃ ipsa studia. Cum ipse alter existat pater: non dico corporũ: sed mentiuꝫ multo magis illis excellentium libenter uelis audire & dictis credere: & illi ut similis fias desiderare: & tandem inter alios studentes te lætuꝫ & alacrem reddere. Et si quãdo emenderis non te irasci: & si lauderis te inde clariorem studio præbere: quia præceptoris officiũ est docere. Discipuli uero est se docilem reddere: quum opus sit. Iuuenalis deniqꝫ satyra septima inquit. Dii maiorum umbris tenuem & sine pondere terram. Spirantesqꝫ crocos: & in urna perpetuuꝫ uer. Qui præceptorem sancti uoluere parentis. Esse loco metuens uirge iam grandis achilles. Cantabat patriis in montibus: & cui non tunc. Eliceret risum citharedi cauda magistri. Sed ruffum atqꝫ alios cædit sua quæqꝫ iuuentus. Quod quideꝫ ualde nefarium. Vt enim Boetius ait. Non est dignus scientia: qui scientiæ insurgit præceptori. Nec discentis interest probris & contumeliis regentem afficere. Hinc Diogenes cynicus (ut Laertiꝰ scribit) Athenas profectus: quum Antistheneꝫ conuenisset: eũqꝫ ille repelleret. quippe ex constituto suo neminem recipiebat. Vicit perseuerantia sua. Illo siquidem aliquando intentante baculũ subiecto capite: Cæde inquit. Non enim ita durum baculum reperies: qui me abs te quandiu aliquid dixeris arcere possit. hinc iam auditor illius factꝰ est.

Vitanda est praua societas

Fugienda sunt uitiosorum consortia. pessima nanqꝫ p̃mixtio est studentibꝰ cuꝫ dissoluto improbo. Discipulus uenienti magistro assurgat: caput inclinet: eumqꝫ si iubeat assequatur. Ferat & secum scædulas ubi lectionum dubia scripta sint & præceptorem interroget.

Requisita ĩ discipulo

Attentus esse discipulus debet ad audiendum. Docilis ad intelligendum. Non sit autem scholasticus discholꝰ: id est a schola discors uel diuersus ac diuisus. Discholꝰ enim dicitur qui per uicos: plateas: coponas: lupanaria: spectacula publica: choreas: conuiuiaqꝫ discurrit. Ante omnia grammaticæ præcepta discenda sunt. per eã nanqꝫ studiorum omniuꝫ liberalium possessio iucunda redditur. Vnde & M. Tullius teste etiam Quintiliano artis grammaticæ diligentissimus fuit. Et in

filio (ut in epistolis apparet.) Recte loquendi asper quoq; exa/ctor est. Nam grammatica quædã ꝓfessio est: q̃ nisi oratoris futuri fundamenta fideliter iecerit: quicquid superstruxeris corruet: necessaria pueris iucunda senib⁹: & quæ uel sola omni studiorum genere plus habeat operis q̃ ostẽtationis. Hic grãmatices amor & usus lectionis non scholarũ temporibus: sed uitæ spatio termi/natur. ut idem Quintilianus ait. Rhetoricæ quoq; lepos omnino haberi debet. Naʒ æloquentiæ studiosi (ut Cicero scribit) tenere possunt hominum cætus: mentes allicere: uoluntates impellere quo uelint: & unde uelint deducere. Hac enim cohortamur: hac persuademus: hac cõsolamur afflictos: hac cupiditates iracũdiasq; restingimus. hæc nos urbiũ societate deuixit. hæc a uita immani & fera homĩes segregauit. Nihil eĩ admirabilius q̃ res splẽ/dore illustrata uerborũ sententiarumq;. Prudentis quoq; discipuli est sodalẽ habere: nubila nanq; existente fortuna diligenter eũ fouebit. Vrgenteq; morbo sedulum se exhibebit. Optimæ ualitudinis tempore libellus uicissim gaudebunt & iocis quibusdã: plu/rimum deniq; alter alteri confert. Pecunia parce impendi debet: illa quippe deficiente ipsam non sine pudore patriã repetere op⁹ esset. Quidam uero habendi quos doceas. alios nanq; docere est propriæ facultati indulgere: ut Boetius asserit. Hinc Seneca etiaʒ epistola. vii. inquit. Cum his uersare qui te melioreʒ facturi sunt. Illos admitte quos tu potes facere meliores. Mutuo ista fiunt. & homines dũ docent discũt. Præterea nõ debet discipul⁹ magistro ꝓsente: licet summa familiaritate cõiunctus: nisi iussus ꝗd dicere. Qui. n. moderatur labia sua prudentissimus ẽ: ut sapiens ait. Hinc Zeno philosophus inepta plurima loquẽdi adolescẽtulo iccirco inqt. Aures habem⁹ duas: & os unũ: ut plura audiam⁹ loq̃mur pauca. Nemo ãt stult⁹ tacere põt. ut solon ait. Et sapiens inqt. Stult⁹ quoq; si tacuerit sapiens reputabit: & si cõpræsserit labia sua ĩtelligẽs. Velit autẽ discipul⁹ ac debet ubicũq; ꝑceptoris laudes referre. sic enim & præceptori & audientibus gratior fiet.

Sodalem discipulus habeat

Prouer. x.

Prouer. xvii.

Præceptoris officium. Tit. XIX.



Llos admitte quos tu potes facere meliores inquit Seneca epistola septima. Ledit enim discipulus magistruʒ ut ait Hieronymus: si per negligentiam suam præcep/ta eiusq; laborem disperdat. Vtq; docet Quintilianus. Sterilia nullo labore uincuntur. Hinc Pythagoras. teste Gellio libro primo. Deinceps familia successionis ei⁹ a principio adolescentes q̃ sese ad discendũ obtulerãt: ꝑ naturæ indicia pẽsiculabat

id est mores naturasq; hominum coniectatione quadam de oris & uultus ingenio: deq; totius corpis filo atq; habitu sciscitabatur. Tum qui exploratus ab eo idoneusq; fuerat: recipi in disciplinam statim iubebat. Hieronym⁹ præterea i aureola sic. Magister quoq; discipulũ corripit: quem ardentioris cernit ingenii. Nam medicus si curare cessauerit desperat. Sed ne glorieris ꝙ multos discipulos habeas: filius dei docuit in iudæa & .xii. tantum apostoli illum sequebantur: phariseorum autem doctrinæ omnis populus applaudebat. Nullius personam accipias q̃tũcumq; sit potens uel nobilis: si peccauerit corripe eum. Vera enim amicitia quæ sentit dissimulare non debet. Sicut uictoria domini triumphus seruorũ sic magistri eruditio discipulorum profectus. nisi enim caput sanum sit omnia membra erunt in uicio. Loquuntur quæ nesciunt docent quæ non didicerunt. Magistri fiunt cum discipuli ante nõ fuerint. Sed nec ad scribendum cito prosilias & leui ducaris insania: multoq; tempore disce quod doceas. Conuersatione tua magis q̃ sermone proficiant. Reuera nihil fædius preceptore furioso: qui dum debeat esse mansuetus & eruditus: econtra torto uultu: trementibus labiis: rugata fronte: effrenatis conuiciis: facie inter pallorem ruboremq; uariata: clamore perstrepit: & errantes nõ tam ad bonum trahit: q̃ ad malum sæuitia sua præcipitat. Quintilianus uero lib. ii. Maior adhibenda tamen cura est: ut teneriores annos ab iniuria sanctitas docentis custodiat: & ferociores ab licẽtia grauitas deterreat. Sumat igitur ante omnia parentis erga discipulos suos animum: ac suscedere se in eorum locum a quibus liberi ibi tradantur existimet. Ipse nec habeat uitia nec ferat. Nõ austeritas eius tristis: non dissoluta comitas: ne inde odium: hinc contemptus oriatur. Plurimus ei de honesto ac bono sermo sit. nam quo sæpius mõuerit/ hoc rarius castigabit. Minime iracundus: nec tamen eorum quæ emendanda erunt dissimulator. Simplex in docendo: patiens laboris: assiduus potius q̃ imodicus. Interrogantibus libenter respondeat: non interrogantes percontetur. In emendando quæ corrigenda erunt non acerbus minimeq; contumeliosus: nam id quidem multos a proposito studẽdi fugat: ꝙ quidam sic obiurgant quasi oderint. Ipse aliquid imo multa quotidie dicat: quæ secum auditores referant: licet enim satis exemplariorum ad imitandum ex lectione suppeditet: tamen uiua illa: ut dicitur uox alit pleni⁹: præcipueq; eius præceptoris quẽ discipuli si modo recte sunt instituti & amant & uerentur. Vix autem dici potest: quanto libentius imitemur eos quibus fauemus

Sit ꝑceptor loco parẽtis

Sed se quoq; præceptores intente ac modeste audiri uelint. Pue/ros adolescentibus permixtos sedere non placet mihi; nam etiaʒ si uir talis (qualem esse oportet) studiis moribusq; præposit⁹ mo destiam habere potest etiam iuuentutem; tamen uel infirmitas ab robustioribus separanda est: & carendum non solum crimine turpitudinis: uerum etiam suspitione. At si quis ē qui flagitia ma nifesta in eligendo filii præceptore non uitet. Iam huic sciat cæte ra quoq; quæ ad utilitatem iuuentutis componere conamur esse sibi ac parte omissa superuacua. Iucundus tuʒ maxime debet esse præceptor: ut qui natura sunt asperi molli manu leniantur. lauda re aliqua: ferre quædam. Facto silentio unum aliquem (quod ip/sum imperari per uices optimum est) constituere lectoreʒ ut pro tinus pronuntiationi quoq; assuescant. Præceptor frequenter in terrogare debet & iudicium discipulorum experiri. nam qd aliud agimus docendo eos: q̄ ne semper docendi sint. Imbecilibus ta/men ingeniis sane sic obsequendum sit: ut tantum in id quod uo cat natura ducantur. Ita enim quod solum possunt melius effici/ent. Nullum præterea magister expectare ultra debiti temporis spacium debet. Ille enim desidior fieret: secus autem maturius fe/stinabit. Et licet in scholis rigidus esse debeat: in gressu tamē affa bilis erit. Pueris uultum benignum præbeat: parentibusq; eorum benigniorem affatum: docendiq; adituʒ spondeat benignissimū sic enim non solum puerorum corda mulcebit: uerum etiam a pa rentibus pecuniam facilius exiget. Nam ut Cicero in officiis ait. Difficile dictū est quantopere conciliet animos comitas affabili tasq; sermonis. Ludendi spacium tempestiue concedat: nam rela/xare animum: & dare se iucunditati uolunt. Monendiq; tamen ca ueant intemperentiam. meminerintq; uerecundiæ: ne uoluptate elati in aliquam turpitudinem dilabātur. Molles caute eiiciat: ne cæteri quoq; inficiantur. Nam alter alterum in uitia trudimus: in quit Seneca. Malignusq; comes quanuis candido & simplici ru/biginem suaʒ affricuit. Vnumq; exemplum luxuriæ multum ma li facit Socrati. Platoni & Lælio excutere mentem suam dissimi/lis multitudo potuisset. Nos eniʒ ipsi teste philosopho. Quia ma gis ad uoluptates cliui sumus: iccirco facilius ad intemperentiam q̄ ad modestiam inclinamur.

Sit p̄ceptōr affabilis & benignus

Præceptoris contubernium utile. Tit. XX.

301


Enonem cleãtes (inquit Seneca epistola.vii.) non expressisset: si eum tantummodo audisset. Vite eius interfuit: secreta perspexit: obseruauit illũ: an ex formula sua uiueret. Plato & aristoteles & omnis in diuersum itura sapientiũ turba plus ex moribus q̃ ex uerbis Socratis traxit. Methrodorum & Hermarcuꝫ: & Polienum magnos uiros: non schola Epicuri: sed contubernium fecit. Boetius quoqꝫ discipulos admonet: si possint cum præceptore cohabitent: magis enim ita castigantur eumqꝫ sæpius interrogare poterunt. Et Hieronymus in aureola inquit. Nec teipse doceas: nulla ars absqꝫ magistro discitur. Festino igitur gradu pergamus ad magistros: & eorum teramus limina. Seneca idem epistola.vii. Cum his uersare: qui te meliorem facturi sunt. Marcus Tullius in Lælio. Ego autem a patre ita eram deductus ad scæuolam: sumpta uirili toga: ut quo ad possem & liceret a senis latere nunquam discederem. Ita multa ab eo prudenter disputata: multa etiaꝫ breuiter & comode dicta: memoriæ mandabam: fieriqꝫ studebam eius prudentia doctior.

Habitent discipuli cum præceptore

Vocum proprietates. Tit. XXI.

Ex donato.


Omonyma dicuntur q̃ una appellatione plura signant. Vt nepos.
Acies.
Synonyma uel polyonyma dicuntur plura idem significantia Vt terra humus tellus ensis mucro gladius.
Alter de duobus dicitur.
Alius de multis.
Quis & hic pronomina præpositiua sunt.
Is & idem subiunctiua.
Hic hæc hoc demonstratiuũ est notat enim reꝫ præsentem.
Is. ea. id. relatiuum est: nam reꝫ absentem significat.
Ad amicum uado.
Apud amicum sum.
Forma immobilis est & naturalis.
Vultus mouetur & fingitur.
Ter. in and. forma & uultu.
Sosia adeo modesto: adeo uenusto: ut nihil supra.
Modestus ad probitatem, uultus & morum pertinet.
Venustus ad naturam corporis.
Damnum rei est.
Malum ipsius hominis.
Teren. in and. Quid facias illi q dederit damnum aut malum?
Segnitia ad agendum dicitur.
Secordia ad considerandum.
Ter. in and. Nihil loci est segnitiæ neqꝫ secordiæ.
Exanimatus est perturbatus.
Exanimus mortuus dicitur.

Sollicitudo est quæ inheret mē tibus.
Sollicitudo quæ ab alio fit.
Oramus quæ bona sunt.
Supplicamus in aduersis uel cuꝫ lachrymis.
Expectamus tā bona q̄ mala.
Speramus bona.
Coram ad certas ꝑsonas refert.
Palam ad oēs. Corā indiget ad iectione: palam nō indiget. nam generaliter dicitur.
Dispicere est desquirere cōsiliū Ter. i and. Iam aliquid dispiciā.
Despicere deorsum aspicere.
Amicus animi est.
Amator uero corporis.
Confidentia interdum in bona significatione: interdum in mala ponitur.
Fiducia uero semper in bona.
Gaudemus nostris.
Gratulamur alienis
Sempiternū ad deos. Perpetuū ꝓprie ad homines pertinet.
Prudens est q intelligentia sua aliquid sentit. Sciēs qui alicuius indicio rem cognoscit. ergo prudens perse: sciens ꝑ alios. Terē. in eu. Et prudens & sciens uiuus uidensq; pereo.
Falsuꝫ est fictum mendacium simile ueritati.
Vanum nec possibile nec uerisimile. Teren. in eu. Sin falsuꝫ aut uanum aut fictum est.
Falsum loqui mendacis est.
Fictum callidi. Vanum stulti.
Falsis decipimur: fictis delectamur: uana contemnimus.
Expectatio certorum est.
Spes uero incertorum.
Expectatio propinquarum rerum.
Spes longinquarum.
Expectatio destinat tempus.
Spes non destinat.
Ducitur quis ad supplicium.
Ducitur in læticiam.
Cura mentis. Curatio medicīe.
Abducimur unde nolumus.
Ducimur quo uolumus.
Oscula officiorum sunt
Basia pudicorum affectuum.
Suauia libidinum uel amorum.
Prædicamus ut res sunt.
Laudam⁹ extollimus. Ter. in eu. Prædicem aut laudem.
Statura corpori ascribitur.
Status ad habituꝫ refertur: ergo stat⁹ est scænici: statura longitudo corporis.
Putamus instantia.
Reputamus præterita.
Credere dubitantis est.
Certum esse fidentis.
Tacemus consilia.
Reticemus dolores.
Obticemus querū nos pudet.
Commendamus nos cognitis.
Cōmittimus ignotis. Teren. in eu. Ego me tuæ commendo & committo fidei.
Inuenire sapientis est.
Incipere audacis.
Perficere constantis.
Consilium animi est.
Factum corporis.
Successus fortunæ. hæc tria sunt in hominum uita.

Festiuitas in dictis.
Facilitas uero ĩ animo & factis.
Donum diis datur. Munus hominibus.
Præmium uiris fortibus
Donum uoluntarium est.
Præmium debetur.
Munus tam ante factum q̃ post factum datur.
Præmium non nisi post factũ ẽ.
Insulsus sine sale & sapiẽtia aut sine saltu.
Fatuus inepta loquens.
Insulsus est corde & animo.
Fatu⁹ uerbis & dictis. Ter. in eu.
Fatuus est insulsus: tardus.
Ius est quod omnia recta & inflexibilia exigit.
Aequitas est quæ de iure multum remittit.
Ducimus uolentes.
Abducimus inuitos.
Orare est placidos petere.
Obsecrare iratos rogare.
Ter. in adel. Venit ipsus ultro lachrymans orans obsecrans.
Torquemus hominem
Extorquemus ueritatem.
Obnuntiat qui malã rẽ nuntiat
Nã proprie obnuntiare dicũtur augures qui aliquid mali hominis sæuumq; uiderint.
Annũtiat qui bonã rez nuntiat
Erratio est pecudum.
Error anĩ ẽ: & loci in quo errat'
Circumspicimus præsentia.
Prospicimus futura.
Ira ex causa est.
Iracundia ex uitio multum irascentis.

Ridet qui simpliciter ridet.
Deridet qui cum alterius irrisione & contemptu ridet.
Clemens animo est.
Placidus uultu.
Clementis est nullum lædere.
Placidi est arridere omnibus.
Tristis animo dicitur.
Truculentus uultu.
Tristis qui dolet.
Truculentus qui terret.
Adiutores in re bona dicuntur.
Impulsores in re mala.
Fidus est amicus.
Fidelis est seruus.
Fidi in maximis. Fideles in minoribus negociis.
Metuimus eos q nos amãt. Timemus etiam inimicos.
Sapis a sapientia.
Ineptis ab ineptia dicitur.
Orator est dum rogat.
Exorator quum impetrauerit. est etiaz orator: cui causa defendenda mandatur.
Monemus consilio.
Hortamur impulsu.
Agere est aliquid uel necessarium facere.
Agitare uoluntarium.
In rem: in utilitatem.
Ab re: contra utilitatem. Ter. in hecyra. Ita dii deæq; faxint si in rem est Bacchidis.
Expostulatio q̃rela: sed proprie apud illum ipsuz qui peccauerit.
Postulatio quærela apud aliuz de peccante.
Mereri bona dicimus.
Commereri mala.

Scimus manifesta.
Rescimus occulta.
Agit qui iustam rem dicit.
Orat q aio demisso precatur: ut quasi beneficium præstetur.
Segregari pprie a meretrice dr.
Disiūgi ab uxore.
Rescimus ex alio.
Scimus etiam per nostram opinionem.

Ex Aulo Gellio.

Marspiter mars pater.
Diespit' Iupiter diei & lucis pat'.
Annales oio id sūt qđ historiæ.
Historiæ non oio id sunt quod annales: quis utrūq; sit rerum gestarum narratio.
Historias esse aiunt rerū gestarum uel expositionē uel demōstrationem.
Annales uero eē quum res gestæ plurium annorum: obseruato cuiusq; anni ordine: & deinceps componuntur.
Diariū quod grece. εφημερισ.
Dicit' quū nō p annos: sʒ p dies singulos res geste scribuntur.
Offendere significat incurrere in aliquid: & incidere.
Descēdere auertere atq; depellere. Q .Claudi⁹ a pīnis hostes defendebat facillime.
Quartum consul. tēpus assignificat: & ter ante factum.
Quarto consul locum assignificat: ac tres ante factos.
Populus oēm ptēʒ ciuitatis omnesq; eius ordines continet.
Plebs uero ea dicitur: in q̄ gentes ciuium patritiæ nō insunt.
Die quarto de pterito dicimus
Die quarte aut die quarti quæ pro aduerbio copulate dicta sūt de futuro dicimus.
Mētitur nō qui fallitur: sed alterum fallere conatur.
Mendatiū dicens ipse fallitur.
Cum populo agere est rogare quid populum quod suffragiis suis aut iubeat: aut uetet
Cōcionem cum populo habere est uerba facere ad populuʒ sine ulla rogatione.
Præda dicuntur corpora ipsa rerum quæ capta sunt.
Manubiæ uero appellatæ sunt pecunia a quæstore ex uēditiōe predæ redacta.
Templa appellabātur loca per augures cōstituta in quibus senatusconsultū fieri iure poterat: secus enim iustum non fuisset.
Nec omnes ædes sacre templa erant: ac ne ædes quidem uestæ templum erat.
Properat ille qui unum quid mature transigit.
Festinat ille: qui multa simul incipit neq; pficit. Dicitur autem festinare q̄si fessum esse. Nam q multis simul rebus pperādis defessus est: is iam non properat: sʒ festinat.
Rhythmus id est modulus.
Numerus ordo pedum dicitur
Melos .i. modulatio cantus.
Intolerantia est quum iniurias quæ sunt ferendæ non toleram⁹ neq; ferimus.
Incontinentia est: quum a qui-

bus reb⁹ uoluptatibusq; nos te/nere debemus non tenemus.
Vani proprie dicuntur: non ut uulgus dicit desipientes aut he/betes aut inepti: sed ut ueterum doctissimi dixerunt mendaces & infidi: & leuia inaniaq; pro grauibus & ueris astutissime com/ponentes.
Stolidi autem uocantur: non tā stulti & excordes: q̄ tetri & molesti & illepidi.
Porcætra quæ semel peperit di/citur.
Scrofa uero quæ sæpius.
Matrona dicta est proprie: quæ in matrimonium cum uiro con/uenisset: q̄ i eo matrimonio maneret: etiam si liberi nondū na/ti forent: dictaq; ita a matris no/mine: non adepto iā: sed cū spe & omine mox adipiscēdo.
Vnde ipm quoq; mr̄imoniū dr̄
Mater autem familias appella/ta est ea sola: quæ in mariti ma/nu mancipioq;: aut in eius in cu/ius maritus manu mancipio es/set: quoniam non in matrimo/nium tantum: sed in familiam quoq; mariti & in sui heredis locum uenisset.
Vena est conceptaculū sangui/nis mixti confusiq; cum spiritu naturali: in quo plus sanguinis ē minus spiritus. Arteria est cōce/ptaculum spiritus naturalis mixti confusiq; cum sanguine: i quo plus spiritus est: minus sanguinis Pulsus autem est intentio mo/tus: & remissio in corde & in ar/teria: naturalis nō arbitrarii. Vel aliter pulsus est subsultio & pal/pitatio uel ebullitio uenæ & ar/teriæ.

Ex Asconio pediano.

Templa esse dicunt singulorū locorum diis attributorum.
Delubra loca esse multarum ædium sub uno tecto a diluuio pluuiæ munitarum. Alii delu/bra dicunt ea templa: in quibus nunc delubra corporum abluendorū: more dodonei iouis: aut appollinis delphici in quorum delubris lebetes tripodesq; ui/suntur.
Subsellia tribunalia sunt trium uirum quæstorum: & huiusmo/di minora iudicia exercentium: qui non in sellis curulibus: nec tribunalibus: sed in subselliis cō/sidebant.
Dies fæminio genere tempus. & ideo diminutiue diecula dici/tur breue tempus & mora.
Dies horarum.xii.generis ma/sculini est. Vnde hodie dicimus quasi hoc die.
Oppugnare inimici & hostis of/ficium est.
Prodere grauius quum ad eos qui amici esse debent: refertur hoc uerbum.
Aperte ad uerba pertinet non obscura.
Palam ad præsentium multitu/dinem & qualitatem frequents loci. Intelligitur aliquid argu/mētis. Animaduertitur sensibus præsenti animo utentibus.

Argumentari est argumẽtis uti ad rem probandam.
Dicere est ãplificatione uti ad rem ad delectandum commouendumq; oratorem oratione perpetua.
Nefandum est non fandum.
Nefarius quod sacra polluit farre pio solita celebrari ergo nefarii sacrilegi.
Taciensis una romanorum tribus. a Tacio rege.
Ramnes altera: ab romulo.
Luceres alia a luco monte siue lucretio: siue a luco quem lucus asylum uocauerat romulus.
Improbus contra leges.
Inofficiosus contra merita.
Inhumanus contra pietatem.

Ex macrobio.

Prudentiæ est ad rationis normas quæ cogitat: quæq; agit uniuersa dirigere ac nihil præter rectum uel laudabile facere.
Prudentiæ insunt: ratio: intellectus: circunspectio: prouidẽtia: docilitas: cautio.
Fortitudinis est animum supra periculi metum agere nihilq; nisi turpia timere: tolerare fortiter uel aduersa uel prospera.
Fortitudo prestat magnanimitatem fiduciam securitatem magnificentias constantiam tolerantiam firmitatem.
Temperantiæ est nihil appetere pœnitendũ: in nullo legem moderationis excedere: sub iugum rationis cupiditatem domare.
Temperantiam sequuntur modestia: uerecundia: abstinentia: castitas: honestas: moderatio: parcitas: sobrietas: pudicitia.
Iusticiæ ẽ seruare unicuiq; quod suum est. De iusticia ueniunt innocentia: amicitia: concordia & pietas: religio: affectus: humanitas. His uirtutibus uir bonus primum sui: atq; inde reipu. rector efficitur.
Moralis philosophia ẽ quæ docet morum elimatam perfectionem.
Naturalis quæ de diuinis corporibus disputat.
Rationalis quũ de incorporeis sermo est: quæ mens sola complectitur. Hæ sunt totius philosophiæ tres partes.
Festi dies dicati sũt: diis festis in sunt sacrificia epulæ ludi feriæ.
Profesti hominibus ob administrandam rem priuatam: publicamq; concessi.
Intercisi deorum hominumq; communes sunt.
Fasti dies sunt quibus licet fari prætori: tria uerba solennia. do: dico: addico.
Nefasti dies contrarii sunt fastis
Comitiales sunt quibus cu3 populo agi licet.
Comperendini quibus uadimonium licet dicere.
Stati qui iudicii causa cum peregrino instituuntur.
Præliares autẽ omnes: quibus fas est res repetere: uel hostem lacessere.
Nux iuglans ab iuuando: & a

glande dicta exiſtimatur. Vel iuglans quaſi iouis glans. Nam id arboris genus nuces habet q̄ ſunt ſuauiori ſapore q̄ glans eſt. hunc fructum iouis glandem appellauerunt.

Nux. Auellana ſeu præneſtina quæ eadem eſt: ex arbore eſt. q̄ corylus dicitur. hanc autem nucem græci ponticam uocant.

Nux caſtanea uocantur & heracleotica.

Nux græca eſt quæ & amygdala dicitur: ſed & thaſia eadē nux uocatur.

Nux molluſca uulgo perſicum appellatur.

Et molluſca nux dicitur ꝙ cæteris omnibus nucibꝰ mollior ſit.

Nuces & mala ſic diuidūt: ut nuces dicant omne pomum: quod foris duro tegatur. & intus habꝫ quod eſui eſt.

Malum uero quod foris habeat quod eſt eſui: & durum intus includat. Secundum hanc diffinitionem perſicum quod Sueuius poeta inter nuces numerat: magis erit inter mala numerandum.

Ex Rhetoricis Ciceronis.

Virtus eſt affectio animi cōſtās conueniensq; laudabiles efficiens eos in quibus eſt. Et ipſa per ſe ſua ſponte ſeparata etiam utilitate laudabilis.

Virtus eſt animi habitus naturæ modo: atq; rationi conſentaneus habet autē ptes quattuor. Prudentiam. Iuſtitiam. Fortitudinem. Temperantiā. Prudentia eſt rerum bonarum & malarum ſcientia. Partes eius memoria: intelligentia: prouidentia.

Memoria eſt per quam animus repetit illa quæ fuerunt.

Intelligentia eſt: per quam ea ꝑſpicit quæ ſunt.

Prouidentia per quam futurū aliquid uidetur anteq̄ factum ē.

Iuſtitia eſt habitus animi communi utilitate conſeruata: ſuam cuiq; tribuens dignitatem. Eius partes: religio: pietas: gratia: uindicatio: obſeruantia: ueritas.

Religio eſt q̄ ſuperioris cuiuſdā naturæ (quam diuinam uocāt) curam cerimoniamq; affert.

Pietas eſt per quaꝫ ſanguine cōiūctis patriæq; beniuolis officium & diligens tribuitur cultus.

Gratia eſt in qua amicitiarum & officiorū alterius memoria & remunerandi uoluntas continetur.

Vindicatio eſt: per quam uis aut iniuria & oīno omne quod obfuturum eſt defendendo aut ulciſcendo propulſat.

Obſeruantia eſt per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam & honorē dignantur.

Veritas eſt per quam immutata ea quæ ſunt: aut ante fuerūt: aut futura ſunt dicuntur.

Fortitudo eſt conſiderata periculorum ſuſceptio: & laborum perpeſſio. Eius partes magnificentia: fidentia: patientia: perſe-

uerantia sunt.
Magnificētia est rerum magnarum & excelsarum cum animi ampla quadā & splendida ꝓpositiōe cogitatio atq; admīstratō
Fidentia est per quam magnis & honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciæ cum certa spe collocauit.
Patientia est honestatis aut utilitatis causa rerum arduarum ac difficiliu; uoluntaria ac diuturna perpessio.
Perseuerantia est in ratione bene considerata stabilis & perpetua permansio.
Temperantia est rationis in libidinem atq; in alios nō rectos impetus animi firma & moderata dominatio. Ei⁹ partes. Cōtinentia. Clæmentia. Modestia.
Continentia est per quam cupiditas consilii gubernatione regitur.
Clemētia ē ꝑ qua; aī temere in odiū alicuius inuentionis concitari comitate retinentur.
Molestia est per quā pudor honestus claram & stabilem comparat auctoritatem.
Sunt multa quæ nos tum dignitate tu; quoq; fructu suo ducūt quo in genere est gloria dignitas amplitudo amicitia.
Gloria est frequens de aliquo fama cum laude.
Dignitas alicuius est honesta & cultu & honore & uerecūdia digna auctoritas.
Amplitudo ē potentiæ aut maiestatis aut aliquarum copiaru; magna abundantia.
Amicitia est uoluntas erga aliquem bonarum rerum illius ipsius causa que; diligit cum eius pari uoluntate.

Ex Tusculanis quæstionibus Ciceronis.

Cernimus oculis.
Videmus animo. Cicero. Nos enī ne nunc quidē oculis cernimus ea quæ uidemus.
Virt⁹ ex uiro appellata ē. uiri āt propria maxime est fortitudo.
Sapientia sanitas est animi.
Insipiētia ē insanitas quæda; aī q̄ est īsania eademq; dementia
Furor est mētis ad oīa cæcitas.
Aegrotatio in corpore est.
Aegritudo ī aīo. Est enī animi aduersante ratione contractio.
Mæt⁹ opinio ē magni mali impendentis.
Aegritudo est opinio mali magni præsentis.
Voluntas est: quæ quid cum ratione desiderat.
Libido est cupiditas uel appetētia effrenata: quæ in oībus stultis inuenitur. est. n. aduersus rationem incitata uehementius.
Gaudiū dicitur quū ratiōe aīus mouet̄ ut placide atq; cōstāter.
Lætitia est sine ratiōe animi elatio. nā cum & inaniter & effuse aīu⁹ exultat tu; illa lætitia gestiens uel nimia dici pōt & profusa hilaritas. Aegritudini subiiciuntur. Inuidētia: æmulatio: ob

trectatio: misericordia: āgor. Luctus: mæror: ersina: dolor: lamētatio: sollicitudo: molestia: afflictatio: desperatio: & si qua sunt de genere eodem.
Inuidentia est ægritudo susce/pta propter alterius res secūdas q̄ nihil noceant inuidēti. Nā si quis doleat eius reb⁹ secundis a quo ipse lædat̄: nō recte dr̄ inuidere ut si hectori agamenon.
Aemulatio dupliciter dicitur. Est. n. hoc nomen & in laude & in uitio. nam imitatio uirtutis emulatio dicitur: & tunc laudis est. Est item æmulatio ægritu/do: si eo quod quis concupierit alius potiatur ipse careat.
Obtrectatio est ea quam intelligi zelotipiam uolo. Aegritudo ex eo q̄ alter quoq; patiatur eo quod ille ipse concupierit.
Misericordia est ægritudo ex miseria alterius iniuria laborantis. Nemo enim parricidæ aut proditoris supplicio misericor/dia commouetur.
Angor est ægritudo p̄mens.
Luctus ægritudo est ex eius qui charus fuerit interitu acerbo.
Meror ægritudo flebilis.
Erumna ægritudo laboriosa.
Dolor ægritudo crucians.
Lamētatio ægritudo cū eiulatu
Sollicitudo ægritudo cum co/gitatione.
Molestia ægritudo permanēs.
Afflictatio ægritudo cū uexati/one corporis.
Desperatio ægritudo sine ulla rerum expectatione meliorū.
Metui autem subiecta sunt. pi/gritia: pudor: terror: timor: pa/uor: examinatio: conturbatio: formido.
Pigritia met⁹ ē cōsequentis la/boris.
Terror met⁹ cōtingens. ex quo fit ut pudorem rubor: sic terro/rem pallor & tremor & dentiū crepitus consequatur.
Timor metus mali appropin/quantis.
Pauor mætus mentem de locō mouens. ex quo illud Ennii.
Tum pauor mihi sapientiā om/nem ex animo expectorat.
Examinatio metus subsequens & quasi comes pauoris.
Cōturbatō met⁹ excutiēs cogi/tata.
Formido met⁹ pmanēs.
Voluptati subiecta sūt. maliuo/lentia: letans malo alieno: dele/ctatio: iactatio: & similia.
Maliuolētia ē uoluptas ex ma/lo alteri⁹ sine emolumēto suo.
Delectatio uoluptas suauitate auditus animum deliniens: & q̄lis est hæc auriū: tales sunt oculorum & tactuum & odoratio/num: & saporum: quæ sunt om/nes unius generis ad perfundē/dum animū tanq̄ illi quæ factæ uoluptates.
Iactatio est uoluptas gestiēs & se efferens insolentius.
Libidini subiecta sunt: ira: excā/descentia: odium: inimicitia: di/scordia: indigētia: desiderium: & cætera eiusmodi.
Ira est libido puniendi eius qui

uideatur læsisse iniuria.
Excandescentia ira est nascens ex modicoq; existens.
Odium ira inueterata.
Inimicitia ira ulciscendi temp⁹ obseruans.
Discordia ira acerbior intimo odio & corde concepta.
Indigentia libido inexplebilis.
Desiderium libido eius qui nō/dum adsit uidendi.
Auaritia est opinio uehemens de pecunia quasi ualde expetenda sit inhærens & penit⁹ insita.
Facilitas in hōis rebus est.q.s. alii ad alia bona sunt aptiores.
Procliuitas in malis est rebus lapsio.
Morbus appellatur totius cor/poris corruptio.
Aegrotatio morbus cum imbecilitate.
Vitium dicitur quū partes cor/poris inter se dissident. ex quo prauitas membrorum distortio deformitas.
Sanitas animi dicit' quum ei⁹iudicia opinionesq; concordant.
Insaniæ ut dixit Ennius initiu; est color: uox oculi spiritus im/potentia dictorum atq; factorū quam partem habent sanitatis.
Pulchritudo corporis est q̄dam apta figura membrorum cū coloris quadam suauitate.
Perturbatio est aduersa ratiōe contra naturā animi cōmotio.
Sapientia est rerum diuinarum & humanarum scīa cognitioq;: q̄ causa cuiusq; rei sit. ex quo efficitur ut diuina imitetur humana omīa īferiora uirtute ducat.
Ridere concessum est.
Cachinatio uituperatur.
Gaudere decet.
Lætari non decet.
Spes est boni expectatio:
Metus mali expectatio.
Fidētia.i.firma animi confisio scientia q̄dam est & opinio gra/uis non temere assentiens.
Bonus uir dicitur omnibus uir/tutibus instructus & ornatus.
Beatus dicendus est qui sit ī bonis nullo adiuncto malo. Beata autem uita uirtute conficitur.

Ex Vegetio de re militari.

Alares equites dicūtur ab eo qꝫ ad similitudinem alarū ab'utraq; parte protegant acies: q̄ nūc uexillationes uocantur a uelo: quia uelis hoc est flāmulis utū/tur. Nunc autem id est tempoꝛ ipsius Vegetii.
Extercitus ex re ipsa atq; opere exercitii nomē accepit: ut ei nū q̄ liceret obliuisci ad quod uo/cabatur.
Legio ab eligendo appellata ē: qꝫ uocabulum eorum desiderat fidem atq; diligentiam quibus milites probātur. In singulis autem legionibus romanorum sena milia interdum amplius mi/litare consueuerunt.
In unaq; legione decem cohortes esse debebāt. habebat āt pe/ditū sex milia. Eqtes.dccxxxii.
Minor enim numerus armatorū ī una legiōe eē nō debebat.

Maior tamen interdum esse cō sueuit.
Tribunus uocatus est a tribu tribuendoq; iuræ; præerat eni; militibus quos ex tribu prim⁹. Romulus legerat.
Tessarii dicebantur q tessara; p cōturbernia militū nūciabant.
Tessara aūt dicebat præceptum ducis quo uel ad aliqđ opus uel bellū mouebat exercitus.
Candidati milites erant principales q priuilegiis mūiebantur.
Centuriones erant qui singulas curabant centurias.
Decani erant qui decem militibus præpositi.
Magistri militum non tantum binas legiones; sed & plures numero gubernabant.
Centuria uel manipulus īterpedites appellabatur.
Turma uero īter eqtes dicebat. Habebatq; una turma equites xxxii.
Decurio qui præerat turmæ dicebatur.
Tubicines ad bellum uocant milites; rursumq; receptui canētes reuocant.
Cornicines & buccinatores quotiens canunt; non milites; sed eorum signa obtemperant ad nutum: aut quum mouenda aut iā mota figenda sunt.
Tuba q̄ directa est appellatur.
Buccina quæ ī semetipsa; ereo circulo flectitur.
Cornu quod ex uirgis agrestib⁹ argento nexum temperatum arte & spū canētis flatu emittit auditum. Per hæc autem tria indubitatis sonis agnoscit exercitus utrum stare uel progredi: an certe regredi oporteat. utrum longe prosequi fugientes: an receptui canere.
Sarissæ longissimi conti erant.
Testudo de materia uel tabulatis contexitur: quæ ne exuratur incendio coriis uel cilitiis cētonibusq; uestitur. Hæc ītrinsecus accipit trabē quæ adunco præfigitur ferro: appellaturq; Aries: uel q̄ durissima; frontem habet quæ subruat muros; uel q̄ more arietū retrocedat: ut cū īpetu uehemēti⁹ feriat. Testudo āt ad similitudine; ueræ testudinis uocabulum sumpsit. nam sicut illa modo reducit modo profert caput; ita machinamentum: interdum reducit trabem: interdum exerit; ut fortius cædat.
Plutei dicuntur qui ad similitudinem cassidis contexerunt ebimine & ciliciis uel coriis proteguntur; ternisq; rotulis quarum una in medio: duæ in capitibus opponuntur; in quamcunq; partem uolueris admouentur more carpenti: quos obsidentes applicant muris eorumq; munitione ꝓtecti sagittis siue fundis uel missilib⁹: defensores omnes de propugnaculis ciuitatis exturbant: ut scalis ascendendi facilior præstetur occasio.
Agger ex terra lignisq; extollitur contra murum: de quo tela

Iactantur.

Malleoli uelut ſagittæ ſunt: ei ubi adheſerint: quia ardētes ueniunt: uniuerſa conflagrant.

Phalarica autem ad moduꝫ haſte ualido præfigitur ferro.

Intra tubum etiam haſtile ſulphure reſina bitumine ſtupiſq; conuoluitur infuſo oleo: quod incendiarium uocant: quæ baliſtæ impetu deſtinata prærupto munimine ardens figitur lignó turritamq; machinam frequenter incendít.

Telenon dicitur quotiens una trabs in terram præalte defigit': cui in ſummo uertice alia tranſuerſa trabs longior dimēſa medietate connectitur eo libramēto: ut ſi unum caput depræſſeris alterum erigatur: in unoquoq; capite cratibus ſiue tabulatis cōtexitur machina: in qua pauci collocantur armati: tunc per funes uno attracto depræſſoq; altero capite eleuati imponuntur in murum.

Exoſtra pons dicitur qui de turre lignea rotis ducta: muriſq; appropinquata: in murum repente perducitur.

Baliſta funibus neruis chordiſq; tenditur: quæ quanto prolixiora brachiola habuerit: hoc ē quanto maior fuerít tanto ſpicula longius emittit: quæ ſi iuxta artem mechanicam temperetur & ab exercitatis hominibus qui menſuram eius ante collegerint dirigatur: penetrat quodcunq; percuſſerit.

Onager autem dirigit lapides: ſed pro neruorum craſſitudine & magnitudine ſaxorum: pondera iaculatur. nam quanto maior fuerít tanto maiora ſaxa fulminis more cōtorquet. hiis duobus generibus nulla tormentorum ſpecies uehementior inuenitur.

Scorpiones dicebant quas nūc manubaliſtas uocāt: ideo ſic uocati ꝙ paruis ſubtilibuſq; ſpiculis inferant mortem.

Venetus color marinis eſt fluctibus ſimilis.

Pila miſſilia erant quibus utebatur pedeſtris exercitus ferro ſubtili trigono præfixa nouem unciarum ſine pedali. ꝙ in ſcuto fixa non poſſent abſcindi: & loricam ſcienter ac fortiter directa facile prorumpebant. cuius generis apud nos iam rara ſunt hæc ex Vegetio. Modeſt⁹ autem ait. Pilum maius uocari miſſile quod erat ferro triangulo unciarum nouem haſtili pedum quinq; ſemis: ſuoq; tempore ſpiculum dicebatur. ad cuius iactum exercebantur præcipue milites: quod arte & uirtute directum & ſcutatos pedites & loricatos æquites ſæpe tranſuerberabat. Alterum uero pilū minus erat ferro unciarum quinq; haſtili triū pedum ſemis. quod tunc uerriculum: nunc uerutum dicitur. Nunc auteꝫ tempore ipſius modeſti intellige.

Ex Capro.

Circiter ad numerum refertur.
Circum ad locum.
Circa ad tempus.
Tunc temporis aduerbium.
Tunc ordinis eſt.
Fidus amicus.
Fidelis famulus dicitur
Cognoſcimus ignota & inuiſa
Agnoſcim⁹ q̄ nobis exciderant
Similis illi⁹ ad mores refertur:
Similis illi ad uultum.
Collactaneus eſt iſdeȝ mãmis educatus.
Collacteus eſt qui uno eodem qȝ lacte educatus eſt.
Suſcipimus ad animum & men tem refertur: ut ſuſceptum perfi ce munus.
Succipim⁹ corpore: ut ſuccipiũt famule collapſaqȝ membra.
Accidit aliquid aduerſi.
Contingit aliquid pulchri.
Inuidus qui inuidet.
Inuidioſus q inuidiam ſuſtinet.
Vortex fluminis eſt.
Vertex capitis.
Pauperies damnum eſt.
Paupertas ipſa conditio.
Mammæ hominis ſunt.
Hubera ſunt pecudum.
Præcor proſpera.
Impræcor tetra.
Sanguis dum manet eſt.
Cruor effuſus eſt.
Sumimus ipſi.
Accipimus ab alio: ſic quum da bimus dicendũ eſt accipe. quuȝ permittimus ipſi tollere dicen/ dum eſt ſume.
Pone loci aduerbium eſt.
Poſt temporis:
Vultus mutatur.
Facies permanet.
Mæſtus animo.
Triſtis aſpectu dicitur.
Protenus p.e. aduerbiũ locale eſt id eſt porro tenus: ut cũ ꝑte/ nus ultraqȝ tellus una foret.
Protinus per.i.aduerbiuȝ eſt tẽ porale id eſt ſtatim.
Hic malus mauís arbor eſt.
Hæc malus frugifera.
Pinas murorum.
Pennas auium dicimus.
Exprobat qui commemorat q̄ præſtitit.
Opprobat qui opprobrium di/ cit: hoc eſt uitium.
Primus ex multis.
Prior ex duobus dicitur.
Ducit uir.
Nubit mulier.
Carcer dicitur in quo homines coercentur.
Carceres uero unde curr⁹ effũ/ duntur.

Ex Pompeio Feſto.

Apud & penes in hoc differunt ꝙ apud perſonam cum loco ſi/ gnificat penes perſonam & do/ minum ac poteſtateȝ: quod tra hitur a penitus.
Abgregare ẽ ab grege ducere.
Adgregare ẽ ad gregẽ ducere.
Abalienatus quem quis a ſe re/ mouerit.
Alienat⁹ qui alienus factus eſt.
Amita patris mei ſoror: dicta quia a patre amata eſt. Nã plus

sorores a fratribus q̄ fratres di/ligi solent: uidelicet propter dissimilitudinem personarum.
Matertera matris soror quasi mater altera.
Concilium dicitur a populi cõsessu Vel a cõcalãdo.i.uocando
Consilium uel a cõsulendo dicitur: uel ꝙ in unam sententiam plurium mentes cõsiliant & cõueniant: sed a silentio credibilius dictuꝫ putatur quo maxime inuenitur.
Canterius hoc distat ab Equo quo maialis a Verre. Capus a gallo. Veruex ab Ariete. Canterius eniꝫ equus est cui testiculi amputantur.
Cuncti dicunt̃ quidem omnes sed coniuncti & congregati.
At uero omnes etiaꝫ si diuersis in locis sint.
Experrectus est qui per se uigilare cæpit.
Expergitus ab alio excitatus: queꝫ solemus dicere experge factum.
Exercitus & militum copia dicitur & hõ multis negociis exercitus: sed superius quarti ordis: hoc secundi est.
Exemplum est quod sequamur aut uitemus.
Exẽplar quod simile facimus.
Illud animo æstimat̃: Istud oculis conspicitur.
Ibi dicitur quuꝫ locus semel demonstratur.
Ibidem quum sæpius.
Monstrum dicitur uelut Monestrum ꝙ moneat aliquid futurum.
Prodigium uelut prædicium ꝙ prædicat.
Portentum ꝙ portendat.
Ostentum ꝙ ostentat.
Monstra dicuntur naturæ modum egredientia: ut serpens cũ pedibus. Auis cum quattuor alis: homo cum duobus capitib⁹
Noxia apd̾ ãtiquos dãnuꝫ significat: sꝫ a poetis ponit̃ ꝓ culpa.
Noxa ponitur pro peccato aut peccati pæna.
Obiurgatio post turpe factum.
Castigatio uero monitio est ante commissum.
Palmites uitium sermenta appellantur: ꝙ in modum palmarũ uirgulas quasi digitos edũt.
Palmulæ appellantur remi. a similitudine manus humanæ.
Posticũ ostium in posteriori parte ædiũ. Cæterũ antiqui etiã uicinũ habitãtẽ ad posteriorẽ partem ædium sic appellarunt.
Deniq; & quæ ante nos Antica & quæ post nos sunt postica dicũtur. Etiã dexterã Anticã sinistrã posticã. Sic etiã ea cæli pars q̄ sole illustrat̃ quæ ad meridiẽ antica utiq; noĩatur: q̄ ad septẽtrionẽ est postica rursumq; diuiduntur in duas partes: orienteꝫ & occidentem.
Præsidiũ ẽ qd̾ ꝓ utilitate & salute alicui⁹ auxilii gratia ꝓponit̃.
Subsidiũ quod postpositum est ad subueniendum laborantib⁹.
Properare aliud ẽ; alid̾ festiare.

qui unum mature transigit: is ꝑ
perat. Qui multa simul incipit
neq; perficit: is festinat.
Quatenus signat qua sine sicut
hactenus hac sine. Quatinus ue/
ro quoniam.
Quã mox significat q̈ cito.
Mox uero per se significat post
ea uel paulo post.
Regiuꝫ est qd' est aut fuit regis
Regale est dignum rege. Sons
nocens. Insons innocens.
Sec⁊ aliter. Haud sec⁊ nõ aliter.
Stips est numerus signatus.
Stipes uero fustis terræ defix⁊.
Tuor uideo: Tueor defendo.
At differentiam rerum signifi/
cat: ut quum dicimus scipio est
bellator. at. M. Cato orator.

Ex Nonio Marcello.

Amare uim habet maiorem.
Diligere leuius amare. Ci. ad
brutum Sic igitur facies. Et me
aut amabis: aut quo contentus
sum diliges.
Alere est uictu temporali uitaꝫ
sustinere.
Educare autem ad satietatẽ per
petuam educere.
Meretrix honestioris loci ẽ æq̃
stus. nam meretrices dictæ sunt
q̃a copiaꝫ sui tantummõ noctu
facerent.
Prostibula q̈ ante stabuluꝫ stet
q̃stus diurni & nocturni cura.
Genitrix sp q̃ genuerit nũcupat᷑
Mat᷑ uero aliqñ ꝑ nutrice põit᷑.
Pudet uerecũdiæ ẽ Piget pñiæ
Osculum ab ore Suauium a sua
uitate dicitur.

Sacrificare est ueniam petere.
Litare ẽ ꝓpiciar᷑ & uotũ ĩpetrar᷑
Expleri est tãtummodo plenũ
esse. Satiari supra modum.
Arc⁊ suspẽsus appellat᷑ fornix.
Arquus non nisi in cælo: quem
irim poete dixerunt.
Fors est casus tẽporalis: Fortũa
dea est ipsa. Ferus est sæuus.
Ferox est fortis.
Faustũ ẽ q̃si a fauẽdo dictũ: ac p
hoc ꝓsperũ & ꝓpitiũ. Vñ cõtra
infaustũ minax & ĩpropitium.
Festũ uero solẽnit᷑ lætũ & feria
Anim⁊ ẽ quo sapim⁊. (tum.
Aĩa qua uiuim⁊ Sine aĩo aĩa est
debilis: hĩc anim⁊ ad intelligẽti
am tribuim⁊. Vult⁊ est uoluntas
q̃ ꝑ motu animi ĩ facie ostẽdit᷑.
Facies oris species. Mussare ho
minũ ẽ occulte q̃d & p̃ssa uoce
loquentiũ quod cælatũ uelint.
Murmurare autẽ maioris soni
est proximi ad tumultum. Prio
res compatiui sunt gradus.
Primores sũmæ quæq; res. Tur
pilius in Demetrio. Santidalio
innixa digitis primoribus.
Poesis text⁊ scriptorũ: ut odys/
sea uel ilias homeri: aut Aeneis
Virgilii. Poema inuẽtio pua q̃
paucis uerbis exprimit᷑ ut in gla
diatoribus ludis homeri.
Poetica est ars earum rerum:
Diomedes uero sic ait. Poeti/
ca est fictæ ueræq; narrationis
congruenti rhythmo uel pede
composita metrica structura ad
utilitatẽ uoluptatẽq; accommo
data. Poetice ars ipsa intelligit᷑:

poema aũt ps op̄is ut ragædia
Poesis contextus & corpus toti us operis effecti: ut ilias: odyssea æneis.
Fora neutro genere iudiciorũ & litium sedes sunt.
Fori masculino gñe sunt spatia in nauibus apertiora.
Peritus est plusq̃ doctus.
Vrbs est ædificia Ciuitas inco/ læ secum. Cõscius cum alio sci⁹ Scius est: licet conscium indiffe renter positum legerimus.
Auspitium est auiũ conspectio & quæ ex uolatu auiũ significẽ/ tur & uocibus.
Augurium autem rerum omni/ um coniecturas prudenter ac di ligenter amplectitur.
Monstra & ostenta similiter in/ telligũtur: ꝙ iminentia mõstrãt & ostendant.
Omen uotũ est mẽtis & uocis. Vnde sacrificantibus dicitur. bo na habere oĩa. i. ut circũstantes & bona mẽte uelint: & recta ori/ bus proferant.
Portentũ nõ solũ ꝙ portendat: sed ꝙ iaꝫ apportet & faciat ĩ his significationibus: q̃ in auspiciis & auguriis & extispiciis oñdunt̃ Prodigium auteꝫ semꝑ pessimũ est dictũ quasi porro adigendũ. Virgi. li. ii. æn. Sola nouũ dictũ ꝙ nefas harpya celeno: ꝓdigiuꝫ canit: & tristes denũtiat iras. Fe/ stus uero ut superius patuit: scri/ bit prodigium uel ut prædiciuꝫ ꝙ prædicat.
Iniuria leuior res est q̃ cõtume/ lia. Pacuui⁹. Patior facile iniuriã si est uacua a contumelia.
Fulmẽ est telum ipsum quod ia citur. Fulgur ignis qui coruscat fulmĩe. Vñ & fulgera dr̃ fulgor Fulguratum dicitur fulgure ta/ ctum uel exustum.
Iurgium leuior res est qualis si quidem inter beniuolos ac pro pinquos dissentio uel contẽtio iurgium dicitur.
Lis inter inimicos dissentio ap/ pellatur.
Audacia temeritas est.
Audentia fortitudinis.
Merx est species ipsa.
Mercatura est actus ipse lucri de merce.
Mercatus autem locus in quo agitur mercatura.
Peius a malo dicitur qđ in usu ẽ & creberrime frequentatur.
Deterius uero a bono discernit̃ ut minoris sit meriti q̃ illud qđ placet. Virgilius libro quarto ge. Deterior quiuisus, eum ne prodigus obsit. De deneci. Ideꝫ libro octauo Deterior donec paulatim: ac decolor etas.
Hæc. n. melioribꝰ cõparata sunt. Circus est planicies rotunda: ut circuitus.
Globus soliditas undiq̧ rotũda ut ẽ sphæra & staminũ glomera
Præda corpa ipsa rerũ q̃ capiũt̃.
Manubiæ uero pecuniæ ex præ da uendita redactæ.
Peruicatia est interdum bonarũ rerum perseuerantia. Pertinacia semper malarum.

309

Sensus dicuntur qui sentiunt. sensa quæ sentiuntur.
Morosa contrariis per usisq; moribus.
Morata bonis moribus
Morgera aliis morem gerens id est obsequens
Vegetum incolumen est.
Vigens forte: nam uegetũ corporis. Vigens etiam animi possumus dicere: ut in multis.
Profecisti dies sunt a festiuitate uacui.
Festi dies in qbus festa colũtur.
Quærere & reqrere hic differũt q requirere est diu quærere.
Specula locus eminens unde lõgius inspici potest.
Speculum despicientiam significat.
Profiteri uoluntatis est.
Confiteri necessitatis. Cice. pro Manlio. hoc ego non solum cõfiteor: uerũ etiam profiteor honestius uel profiteri q̃ cõfiteri.
Hulcus tecta & clausa malignitas.
Vulnus hians patens.
Turpe leuior res est q̃ fædum.
Tullius de offi. Luxuria uero tũ omni ætati turpis: tum senectuti fædissima est.
Dignitas uiris.
Venustas feminis sit attribuẽda Tul. de offi. li. i. Venustatẽ muliebrem dicere debemus: dignitacem uirilem.
Ignosco præteritis.
Cõcedo futura. Tullius ad Cæsarem iuniorẽ. Quod mihi & philippo uocationeʒ dabis gaudeo: nam & præteritis ignoscis & cõcedis futura.
Despicere grauius est q̃ cõtemnere. Tullius in Verrem. Quem q contempserit despexerit.
Cupiditas & cupido diuersa sũt: nam cupiditas est leuior.
Lucilius. Cupiditas ex homine: Cupido ex stulto nunquam tollitur q cupiditas pars quædam sit temperatior defluens ex cupidine.
Imitatio simplex: & leuiorem atq; inuidam non admittit.
Aemulatio habet quidem imitandi studium: sed cum malitiæ operatione.
Probatum & Spectatum uis maioris est. Lucilius. Tuam probatam mihi & spectatam adolescẽtiam.
Bellum & præliuʒ hoc differũt: q prælia ptes sunt belli: hoc est in bello congregationes. Lucilius. Vt romanus populus uictus ui & superatus pliis sæpe est multis. Bello uero nunq̃: in quo sũt omnia.
Virgi. li. xi. Infantem fugiẽs media iter prælia belli. Sustulit exilio comitem.
Euitare est plus q̃ cauere. Lucilius lis. vi. Quid cauẽdum tibi cẽserem: quid euitandũ maxime.
Vetustiscere & ueterascere qd intersint. Nigidiꝰ deplanauit. Dicemꝰ q̃ uetustate deteriora fiũt uetustiscere ĩueterascer̃ q̃ meliora.
Nocens r nefario & impio dista

re uoluit Tullius de offi.lib.ii.
Vt nocens leuius uideri possit
Ait enim. Nec tamen: ut hoc fu
giendum est. ita habendum est
religioni contrarium. Nocentē
aliquando & nefarium impiū q;
defendere.
Mutuum sine usuris.
Fænus cum usuris sumitur.
Nutaræ capitis est.
Annuere uel nuere narium uel
labiorum.
Nictare oculorum.
Innuere est facie significare.
Opprimere maius est: q̄ extin/
guere. Tullius de amicitia.
Quamobrē dāda opera est: ne
qua amicorū dissidia fiant: si ta/
le aliquid euenerit: ut extinctæ
potius amicitiæ q̄ oppressæ ui/
deatur: quasi quod extinguitur
possit reflammari: quod oppri/
mitur non quæat.
Morbus est cū accessu utiq; aut
contagii aut temporis.
Vitium est perpetua & insanabi
lis & irreuocabilis causa.
Meminisse omnium est animā/
tium: ut cibi: potionis: somni: uo
luptatis.
In memoriam redire seu reuo/
care quod exciderit nisi homi/
nes posse.
Die quarto temporis præteriti
Die q̄rta tp̄is futuri esse uolunt.
Qui mentitur ipse non falsus al
terum fallere conatur.
Qui mendacium dicit ipse falli
tur: ut. P. Nigidius manifestauit
Properare is dicitur: qui unum
quid mature transigit.
Festinare dicitur q multa simul
incipit nec perficit.
Auarus semp ī repræhensiōne ē
Auidus aūt ab auēdo: quod est
etiam honeste incipiendo
Prospicere aduersum uidere di/
citur.
Respicere quasi retro aspicere.
Innocens non nocens.
Innocens illæsus.
Miserari est flere & lamentari.
Misereri miserationem alienis
casibus exhibere.
Multum infinitum est: auarisq;
applicandum.
Satis finitum est: parcis & se con
tinentibus applicandum.
Inniti incumbere est. Virgi. lib.
vi. Ille uides plura iuuenis q in/
nititur hasta.
Obniti uero est contra aduersa
obluctari. Vir. li. iiii. g. vsq; adeo
obnixi non cædere.
Ergastulum neutro genere car/
ceris locus.
Ergastulus. g. m. custos penalis
loci.
Fremere ē magnū sonare. Vir. li
bro secundo georgicorum. Flu/
ctibus & fremitu assurgens Be/
nace marino.
Frendere est dentem dentibus
irascēdo quatere. Vir. libro. iii.
Dentibus infrendens. de Poly/
phæmo loquens.
Pecuniosi a pecore dicti sunt.
Locupletes a possessionibus lo/
corum: olim namq; res erat in/
locorū possessionibus & in pe/

310

core. unde pecuniosi & locuple tes uocabantur.
Ex tullio de natura deorum.
Physiologia id est naturæ ratio
Theogonia id est deorū origo
Prolepsis appellatur ab Epicu/ ro: quæ latine anticipatio dicit: quam ante Epicuruȝ nemo eo uerbo nominarat.
Hemarmenem dicunt fatalem necessitatem.
Mantice latine diuinatio dici/ tur.
Pietas ē iusticia aduersus deos.
Sanctitas est scientia colendo/ rum deorum.
Religio deorū cultu pio conti/ netur.
Amicitiæ nomen ab amore est dictum.
Cometas græci: nostri crinitas uocant.
Venæ sanguinem continent.
Arteriæ uero spūm. naȝ sanguis per uenas in omne corpus dif/ funditur & spiritus per arterias.
Vtræq; autem crebræ multæq; toto corpore intexte uim quā/ dam incredibileȝ artificiosi ope ris diuiniq; testantur.
Pupilla uocat acies ipsa qua cer nimus.
Palpebræ sunt tegumēta oculo rum mollissime tactu. Munitæ q; sūt palpebræ tāq̄ uallo piloꝝ.
Mundus est quasi cōmunis de/ orum atq; hominū domus: aut urbs utrorumq;.
Physicus. id est naturalis.
Spæra est globus ex solidis.
Circulus autem orbis qui cycl9 græce dicitur est ex planis.
Annua solis cōuersio fit diebus quiq; & sexaginta trecētis quar ta fere diei parte addita.
Annum magnum mathemati/ ci nominauerunt: qui tum effi/ citur quum solis & lunæ & quin q; errantium ad eandeȝ inter se cōparationem confectis omni um spatiis est facta conuersio.
Veneris stella infima est quin/ q; errantiuȝ q̄ phosphoros gre/ ce lucifer latie dr̄. quū antegre dit solē: quū subseqtur autē he/ speros ea cursum anno conficit
Naturam Zeno ita diffiniuit: ut eā dicat ignē esse artificiosuȝ ad gignēdū. Saturnū eū eē uolue/ rūt q cursū & cōuersionē spatio rū ac tēpoꝝ cōtieret: q de9 græ/ ci id ipȝ nomē hȝ. Cronos enim dr̄: q ē idē qd' spatiū tēporis. Sa turn9 āt ē appellat9: q; saturaret annis. ex se eniȝ natos comesse fingitur solitus: quia consumit ætas temporum spatia: annisq; præteritis isaturabiliter explet.
Vinct9 autem ab ioue: ne immo deratos cursus habereȝ atq; ut eū siderum uinclis alligaret.
Iuppiter. i. iuuās pater. queȝ cō uersis casib9 iouem a iuuādo ap pellam9. A poetis pater diuūq; hominūq; dicit. A maiorib9 āt nostris. Optimus. Maximus. Et quidē ante optimus. i. beneficē tissim9 q̄ maxim9: qa maius est: certeq; gratius prodesse omni/ busq; opes magnas habere.

De hoc etiam augures nostri dicunt ioue fulgente tonante id ē cælo fulgente & tonante.
Aer ut stoici disputant: interiectus inter mare & cælum. Iunonis nomine consecratur: quæ ē soror & coniunx iouis ꝙ & similitudo est ætheris & cuꝫ eo summa coniunctio. Effeminarūt autem eum: Iunoniq; tribuerūt ꝙ nihil est eo mollius.
Iunonem a iuuando credo nominatam.
Neptunus a nando deducit̄ paulum primis literis immutatis.
Ceres tanq̄ geres a gerendis frugibus prima litera mutata dicit̄.
Mauors dictus ꝙ magna uerteret.
Minerua dicta uel ꝙ minueret uel minaretur.
Iani nomen ab eundo deductū est. nam principem in sacrificando Ianum esse uoluerunt.
Veste nomen a græcis sumptū. ea est enim: quæ ab illis Hestia dicitur. Vis autem ei⁹ ad aras & focos pertinet. itaq; in ea dea ꝙ est rerum custos intimaruꝫ omnis & præcatio & sacrificatio extrema est. In Iano uero prima. In omnibus enim rebus uim habent maximā prima & extrema.
Penates siue a penu dicuntur. Est enim omne quo uescuntur homīes pænus. siue ab eo ꝙ penitus insident: ex quo etiam penetrales a poetis uocantur.
Sol dictus ē uel quia solus ex oībus sideribus est tantus. Vel quia quū est exortus obscuratis omnibus solus apparet.
Luna a lucendo nominata est. eadem est enim lucina. Itaq; ut apud græcos Dianam eamq; luciferam: sic apud nostros iunonem Lucinam in pariendo inuocant.
Diana dicta quia noctu quasi diem efficeret. adhibetur autē ad partus. ꝙ. ii. maturescūt: aut. vii. nonnunquaꝫ: aut ut plerūq; nouem lunæ cursibus.
Menses lunæ cursus: quia mensa spatia conficiunt nominātur.
Venerem nostri nominarunt q̄ dea ad res omnes ueniret.
Venustas a Venere dicta est.
Superstitiosi uocati sunt qui totos dies præcabantur & immolabāt ut sibi sui liberi superstites essent: quod nomē patuit postea latius.
Religiosi dicti sunt ex relegendo tanquā relegerent: & diligēter retractarent omnia quæ ad cultum deorum pertinerent.
Lex est recti præceptio: prauiq; depulsio.
Naturam alii esse censent uim quandam: siue rationem cientē motus in corporibus necessarios. Alii autem uim participem rationis: atq; ordinis: tanquam uia progredientem: declarantē q; quid cuiusq; rei causa efficiat: quid sequatur: cuius solertiam nulla ars: nulla manus efficiat: Nemo opifex conseq possit imitando.

Fatuꝫ id eſt quod ſemper ex oĩ
æternitate uerum fuerit.
Verſutos eos appello quorum
cæleriter mens uerſatur.
Callidos ãt quorũ tanq̃ manus
ope ſic animus uſu concalluit.
Mundum deorum domum exi
ſtimare debemus.
Corpus omne aut aqua:aut aer:
aut ignis:aut terra eſt:aut id qđ
eſt concretum ex his:aut ex ali/
qua parte eorum. Horum auteꝫ
nihil eſt quod non intereat. Iu/
ſticia eſt quæ ſuum cuiqꝫ tribuit
Hercules plures tradunt. Anti/
quiſſimum ioue natum: ſed itẽ
ioue antiquiſſimo. ex eo igitur
& lyſico eſt hercules: quem con
certauiſſe cuꝫ apolline de tripo
de accepimus. Alter traditur ni
lo natus. Aegyptius: quem aiũt
phrygias literas conſcripſiſſe.
Tertius eſt ex deis ĩdigetis: cui
inferias afferunt.
Quart⁹ iouis & aſteriæ latonæ
ſororis qui tyri maxime colitur
cuius carthaginem filiam ferũt
Quintus in india: qui belus dr̃.
Sext⁹ hic ex alcmena: quẽ iup/
piter genuit ſed tertius iuppiter
Furiæ deæ ſunt ſpeculatrices &
uindices facinorum & ſcæleris.
Naſcio dea nominata a naſcen
tibus: quia partus matronarum
tueatur cui in agro ardeati rem
diuinam facere ſolebant.
Leucothoe Ino cadmi filia: a
græcis a nobis natura dicitur.
Abſyrtus medeæ frater qui eſt
apud pacuuium.

Agyale⁹ ſed illud nomen uete/
rum literis eſt uſitatius. Ioues
tres numerantur. duos qui the/
ologi nominantur. Ex quibus
primum & ſecundum natos ĩ ar
cadia: alterum patre æthere ex
quo etiam proſerpinam natam
ferunt & liberum. Alterum pa/
tre cælo: qui genuiſſe mineruã
dicitur: quã principem & inuen
tricem belli ferũt. Tertiũ cretẽ/
ſem Saturni filium: cuius in illa
inſula ſepulchrum oſtenditur.
Soles q̃ multi a theologis pro/
feruntur. Vnus eorum ioue na/
tus nepos ætheris. Alter hype/
rione. Terti⁹ uulcano nili filio:
cuius urbem ægyptii uolunt eẽ
eaꝫ: quæ heliopolis appellatur.
Quartus qui heroicis tẽporib⁹.
Quintus is qui colchis fertur.
Aetam & Circen procreauiſſe.
Vulcani complures fuere. Pri/
mus cælo nat⁹: ex quo & miner
ua apollinem eum cuius in tute
la athenas antiqui hiſtorici eſſe
uoluerunt. Secundus uero nilo
natus. Opas ut ægyptii appellãt
quem cuſtodeꝫ eſſe ægypti uo/
lunt. Tertius ex tertio ioue & iu
none qui lemni fabricæ tradi/
tur præfuiſſe. Quartus mema/
lio nat⁹: qui tenuit inſulas prop/
ter ſiciliam: quæ Vulcaniæ no/
minabantur.
Mercurius unus.
Cælo patre: Die matre natus.
Alter ualentis & phoronidis fi/
lius: is qui ſub terris habetur.
Tertius Ioue tertio nat⁹ & ma/

ia. ex quo & penelopa pana na/tum ferunt. Quartus nilo patre quem ægyptii nefas habent no minare. Quintus quem colunt pheneatæ. qui argentum inue/nisse: ob eamq; causam ægypto præfuisse atq; ægyptiis leges & literas tradidisse. Hunc ægyptii treir appellant. eodem nomine anni primus mẽsis apud eos uo catur.

Esculapiorum primus apollinis quem arcades colunt: qui spe/cillum inuenisse primusq; uul/nus dicitur obligauisse. Secun/dus secũdi mercurii frater. is ful mine percussus dicitur humat⁹ esse cynosuris. Tertius arsippi & arsino: qui primus purgestio nem alui dentisq; euulsione; ut ferũt inuenit. cui⁹ in arcadia nõ longe a lusio flumine sepulcru; & lucus ostenditur.

Apollinum antiquissim⁹ is: quẽ paulo ante e Vulcano natum es se dixi custodem athenarum.

Alter Corybantis filius natus in creta. cuius de illa insula cum ioue ipso certamen fuisse tradi/tur. Tertius ioue tertio natus & latona quem ex hyperbore/is delphos ferunt aduenisse.

Quartus in arcadia: quem arca des nomionem appellant: q͂ ab eo se leges ferunt accæpisse.

Dianæ ite; plures. Prima iouis & proserpinæ: quæ pinnatu; cu/pidinem genuisse dicitur. Secũ/da notior; quem ioue tertio & latona natam accepimus. Ter/tiæ pater Vpis traditur. Eam sæ pe græci Vpin paterno nomine appellant.

Dionysios multos habemus. Primum ioue & ꝓserpina natũ. Secundum Iulo qui nysam dici tur interemisse. Tertium capro patre: eumq; regem asiæ præfuis se dicunt. Quartum ioue & luna cui sacra orphica putantur con/fici. Quintu; nyso natũ & Thyo ne a quo trieterides constitutæ. putantur.

Venus prima cælo & die nata. Altera spuma procreata: ex q͂ & mercurio Cupidinem secundu; natum accepimus. Tertia ioue nata & diana: quæ nupsit uulca/no: sed ex ea & marte natus ante ros dicitur. Quarta syria Cyro/q; concepta quæ astarte uocatur quam adonidi nupsisse prodi/tum est.

Minerua prima: quam apolli/nis matrem supradiximus. Secunda orta Nylo: quem ægy ptii saletæ colunt. Tertia illa quam ioue generatam supradi/ximus. Quarta ioue nata & coru pthe oceani filia quadrigarum inuentrix. Quĩta pallantis: quæ patrem suum dicitur interemis/se uirginitatem suam uiolare co nantem. Cui pinnarum talaria affigunt.

Cupido primus mercurio & dia na prima natus dicitur. Secun/dus mercurio & uenere secun/

da. Tertius quidem est Anteros marte & uenere tertia.
Malitia ē uersuta & fallax ratione nocendi.
Ex Tullio de Diuinatione.
Sagire enim sentire acute est: ex quo sagaces dicti canes.
Is igitur qui ante sagit: q̄ oblata res dicitur præsagire: id est futura ante scire.
Iuno moneta appellata est: quoniam quum terræmotus factus esset: uox ab æde iunonis ex arce extiterat ut suæ plena procuratio fieret.
Fatum autem id appello: q̄uod græci hemarmenem: id est ordinem seriemq; causarum: cu; causa causam ex se gignat. Ea est ex omni æternitate fluens ueritas sempiterna: quod cum ita sit nihil est factum: quod non futurū fuerit: eodemq; modo nihil est futurum cuius non causas idip̄; efficientes natura contineat.
Diuinatio est earum rerū prædictio & præsentio: quæ essent fortuitæ.
Ventos placet stoicis esse eos anhelitus terræ: qui frigidi sunt quum fluere cæperint.
Fulgores & tōitrua existūt quū anhelitus terræ: qui frigidi sunt se in nubem induerint: eiusdem tenuissimam quāq; partem cæperint diuidere atq; dirumpere: idq; crebri⁹ facere & uehemēti⁹.
Fulmē est quū nubiū conflictio ardor expressus se emiserit.
Tages quidam dicitur in agro tarquiniensi quum terra araretur & sulcus altius esset impressus extitisse repente: & eum affatus esse qui arabat. Is autem Tages ut in libris est hetruscorum puerili speciē dicitur uisus sed senili fuisse prudentia.
Eius aspectu quum obstupuisset bubulcus clamoremq; maiorem cum admiratione edidisset: concursum esse factum: totamq; breui tempore in eum locum hetruriam conuenisse. tu; illum plura locutum multis audientibus: qui omnia uerba eius excæperint literisq; mandauerint. Omnem autem orationes; fuisse eam: quæ haruspiciæ disciplina contineretur. eā post ea creuisse rebus nouis cognoscendis: & ad eadem illa principia ferendis.
Zodiacus græce signifer orbis latine dicitur.
Orizontes a græcis nominātur: a nobis finientes uisum rectissime nomiāri possunt. Illi orbes qui cæli quasi medium diuidūt & aspectum nostrum definiūt.
Lemmata dialectici græce appellant ea quæ latini duas sumptiones.
Diuinationem Chrysippus definiuit his uerbis. Vim cognoscentem & uidentem & explicātem signa quæ a diis hominib⁹ significentur in somnis.

Ex Lactantio Firmiano
Deus aute; est qui æterna mēs

ex omni utiq; parte perfectæ cõ summatæq; uirtutis est.

Pythagoras ita diffiniuit quid esset deus. Animus qui per uniuersas mundi partes omnemq; naturam cõmeans atq; diffusus: Ex quo omnia quæ nascuntur animalia uitam capiunt.

Cicero autez quid sit deus in li. i. tuscu. diffinit dicens. Nec uero deus ipse qui intelligitur a nobis alio modo intelligi potest: nisi mens soluta quædaz libera: & segregata ab omni concretione mortali: omnia sentiens & omnia mouens.

Solidum id existimandum est: cui nihil decedere possit.

Perfectum id existimandum ē: cui nihil possit accedere.

Chaos est rudis inordinataq; materiæ confusa congeries.

Nec audiendi sunt poetæ: qui aiunt. Chaos in principio fuisse id est confusionem rerum atq; elementorum: postea uero deū diremisse omnem illam congeriem: singulisq; rebus ex confuso aceruo separatis in ordinēq; descriptis: instruxisse mundum pariter & ornasse: omnia enim deus fecit ex nihilo.

Tales milesius: qui unus ex septem sapientibus fuit qui prim⁹ omnium quæsisse de causis naturalibus traditur. Aquam esse dixit a qua nata sint omnia.

Deum autem esse mentem qui ex aqua cuncta formauerit. Ita materiam omniū rerum posuit in humore: principiū & causam nascendi posuit: ideo Sibyllæ sunt omnes fæminæ uates e uersibus nuncupatæ.

Vel ab unius delphidis nomine uel a consiliis deorū enūtiādis. σιουσ enim deos: non θεουσ: & cõsiliū nõ βουλην: sz βολυῖ ἀν appellabant æolico genere sermonis. Itaq; Sibyllam dictaz eē quasi θεοβουλην Fortis uir ille solus debeat iudicari: qui tēperans est: & moderatus est & iustus.

Citheron boetiæ mons thebis uicinus ubi liberpater natus est: ubi etiā orpheus primus sacra liberi celebrauit: qui mons quuz frequenter cithare cantu personaret: Citheron appellatus est. Ea sacra etiam nunc orphica nominantur in quibus ipse postea captus & dilaceratus est.

Anthropos ανθρωπο homo a græcis appellatur ꝙ sursum spectet. Vnde & ouidi. Inquit. Os homini sublime dedit: cælumq; uidere Iussit: & erectos ad sidera tollere uultus.

Diabolus Διαβόλου græci appellant: nos criminatorem uocamus: ꝙ crimina in quæ ipse illicit ad deum deferat. Est autem malorum spirituum princeps.

Materia est ex qua fit aliquid.

Iumenta d cta sunt magnarum uirium animalia a iuuando: ꝙ in excolenda terra iuuarent.

Homo nuncupatus est ꝙ sit fa/
ctus ex humo. deus eñi hominē
figurauit ex limo terræ ad ima/
ginis suæ formam: qua nihil po
test esse perfectius. Nemo autē
potest iure dici homo: nisi qui
sapiens est.

Parcas tres esse uoluerunt: hinc
illud est. Clotho colum baiulat.
Lachesis trahit. Atropos occat
Vna enim uitam hominibus or
ditur. Altera contexit. Tertia rū
pit ac finit. Incipimus enim quū
nascimur: & sumus quum uiui/
mus: & desinimus quum interi/
mus. Omnia namq; tribus tem/
poribus conteri necesse est præ/
terito: præsenti & futuro.

Præteriti ē origo: præsentis sub
stantia: futuri dissolutio: quæ
omnia ī singulis hominibus ap/
parent.

Paradisum: id est hortum fæcū/
dissimum & amænissimū ī par/
tibus orientis omni genere li/
gni arborumq; deus conseuit: ut
ex earum uariis fructibus alere/
tur homo ex limo generatus: ex
persq; omnium bonorū deo pa
tri summa deuotione seruiret.

Dæmones grammatici dictos
aiunt peritos ac rerū scios. hos
autem putant deos esse. Duo ue
ro genera dæmonum facta sunt.
Vnum cælestæ: alterū terrenū.
hi sunt immundi spiritus malo/
rum quæ gerūtur auctores: quo
rum diabolus est princeps: cui
ab initio deus dederat terræ po
testatem. Ipsi autem spiritus cō/
taminati & perditi per omnem
terram uagantur: & solatium p/
ditionis suæ perdendis homini/
bus operantur. Itaq; omnia insi/
diis fraudibus erroribus cōplēt.
adherent enim singulis homini
bus: & omnes ostiatim domos
occupant ac sibi Geniorum no/
men assumunt. Sic enim latino
sermone Dæmones interpretā
tur. Hos in suis penetralibus cō/
secrant & uenerantur quasi terre
stres deos: & quasi depulsores
malorum quæ ipsi faciunt & ir/
rogant. Qui quoniam sunt spiri
tus tenues & incomprehensibi/
les: insinuant se corporibus ho/
minum: & occulte in uisceribus
operti ualitudinem uitiant: mor
bos citant: somniis animos ter/
rent: mentes furoribus quatiūt:
ut homines his malis cogant ad
eorum auxilia decurrere. Nocēt
illi quidem: sed his a quibus ti/
mentur: quos manus dei potēs
& excelsa non protegit: qui pro
phani sunt a sacramento uerita/
tis. Iustos autem: id est cultores
dei metuunt: cuius nomine ad/
iurati de corporibus excedunt:
quorum uerbis tanq̄ flagris uer
berati: non modo esse se confitē
tur: sed etiam nomina sua ædūt
illa quæ in templis adorantur.

Simulacra a simulatione: id est a
fallatia dicta sunt.

Philosophia est: ut nomen indi
cat studium sapientiæ.

Phūs: id est quæsitor sapientiæ:
Scientia certi est; cuius est scire

proprium.
Opinatio incerti: id enim opinatur quisq; quod nescit.
Humanitas plane uocatur miserationis affectus: quia humanitatis officium est necessitati hominis ac periculo subuenire.
Fortuna est accidentium rerum subitus atq; inopinatus euentus. Vulgus & imperiti fortunã putant esse: quæ tribuit hominib⁹ bona & mala. Nam simulacrum eius cum copia & gubernaculo fingunt: tãq̃ hæc & opes tribuat: humanarum rerum regimẽ obtineat. Cui opinioni & Virgili⁹ assensit qui fortunam omnipotentem uocat: & historicus q ait. Sed profecto fortuna ĩ omni re dominatur.
Deus pater ideo appellandus ẽ: quia nos creauit: nobis etiam multa & magna largitur. Dominus ideo quia regit: castigandiq; & puniendi habet maximam potestatem.
Immortalitas est regni cælestis hæreditas: id est summũ bonũ.
Sermo est spiritus cum uoce aliquid significante prolatus.
Logos & sermonem significat & rationem.
Iesus inter homines nominatur Nam Christus: nõ proprium nomen est nũcupatio potestatis & regni. Vnde ab unctione nominatus est christus. Iesus autem latine dicit' saluator: quia cunctis generibus salutifer uenit.
Emanuel significat nobiscum deus: scilicet quia illo per uirginẽ nato cõfiteri homines oportebat deum secum esse: id est in terra & in carne mortali. Id autem nomen propheta Esaias ꝓtulit dicens. Ecce uirgo cõcipiet in utero & pariet filium & uocabitur nomen eius Emanuel.
Titionem uulgo appellant extractum foco torrem semiustũ & extinctum.
Testamentum iccirco Moyses & iidem ipsi prophetæ uocãt legem quæ iudeis data erat: quia nisi testator mortuus fuerit: nec confirmari testamentum potest nec sciri quid in eo scriptum sit: quia clausum obsignatum est. Itaq; nisi Christus mortẽ suscepisset: aperire testamentum: id ẽ reuelari & intelligi mysterium dei non potuisset. Verum scriptura omnis in duo testamenta diuisa est. Illud quod aduentum domini passionemq; antecessit: id est lex & prophetæ uetus dicitur. Ea uero quæ post resurrectionem eius scripta sunt: Nouum testamẽtum nominatur. Iudæi ueteri utuntur: nos nouo: sed tamen diuersa non sunt: quia nouum ueteris adimpletio est: & in utroq; idem testator est christus: qui pro nobis mortem suscepit. Nos hæredes æterni regni fecit abdicato & exheredato populo iudeorum.
Religio nomen accepit a religã

do:quia hoc uinculo pietatis ob
ſtricti deo & religati ſumus.
Non autem ut Cicero interpre
tatus eſt ab relegendo:ut ſcribit
in libro de.n.d.
Religio ueri cultus eſt.
Superſtitio falſi. Superſtitio ſi
enim uocantur aut hi qui ſuper/
ſtitem memoriam defunctorũ
colunt:aut q parẽtibus ſuis ſup/
ſtitibus colebant imagines eo/
rum domi tanq̃ deos penates.
Nam qui nouos ſibi ritus aſſu/
mebant:ut in deorum uicẽ mor
tuoſ honorarent:quos ex homi
nibus in cælum recæptos puta/
bant: hos ſuperſtitioſos uoca/
bant. Eos uero qui publicos &
antiquos deos colerent religio
ſos nominabant. Vnde Virgili
us. Vana ſuperſtitio ueterumq̧
ignara deorum.
Superſtitioſi qui multos ac fal/
ſos deos colunt.
Religioſi q uni & uero deo ſup/
plicant.
Sapientia eſt intelligẽtia uel ad
bonum rectumq̧ faciẽdum: uel
abſtinentia delictorum factorũ
q̧ improborum.
Stultus eſt qui quid ſit bonum:
ac iuſtum non ſcit: & ideo ſemp
peccat.
Patientia eſt malorum quæ aut
feruntur aut accidunt cum eq̃/
nimitate perlatio. Eſt autẽ ma/
gna & præcipua uirtus patientia
Hæc enim perturbatum animũ
ac fluctuantem ad tranquillita/
tem ſuam reuocat. Hæc mitigat
hæc hominẽ ſibi reddit:qua q
dem ſtulti carent.
Virtus eſt iram cohibere: cupi/
ditatem compeſcere: libidinẽ
refrenare;id eſt enim uitiũ fuge
re. (dium.
Læticia ẽ inſolẽter ſe offeẽs gau
Cupiditas eſt perſeuerans ac p/
petua uoluntas.
Frugalitas eſt abſtinentia qdẽ
uoluptatum.
Liberalis is eſt qui cibum & be/
nemeritis: & quum oportet &
quantum ſatis eſt:largitur.
Prodigus ís eſt qui & non meri
tis:& quum opus non eſt & ſine
reſpectu rei familiaris effundat
Cogitatio nihil aliud eſt q̃ men
tis agitatio.
Bonus uir eſt qui proſit quibus
poſſit:noceat nemini.
Furias tres eſſe poetæ dixere q̃
mentes hominum exagitant:p/
pter tres affectus: qui homines
in omnia facinora præcipites a/
gant. Ira enim ultionem deſide
rat. Cupiditas opes;libido uolu
ptates.
Sanus:iuſtus: perfectus ille ho/
mo eſt:qui ad alienam fælicita/
tem non attollat oculos: opes
non admiretur. alienam mulie/
rem ſancte uideat: nihil omni/
no appetat: non cõcupiſcat alie
na:non inuideat ulli:non faſtidi
at queq̃: ſit humilis:miſericors:
beneficus:mitis:humanus; pax
in animo eius perpetua uerſe/
tur.
Sacrificium eſt laus & hymnus.


Sapientia quæ soli homini data est: nihil aliud est q̃ dei notitia.
Mens & aĩa nõ idem est. Aliud est enĩ quo uiuimus: aliud quo cogitamus. nam dormientium mens non aĩa sopitur: & in furiosis mens extinguitur aĩa manet & ideo nõ exanimes: sed dementes uocãtur. Mẽs ergo .i. ĩtelligẽtia uel augetur: uel minuit᷑ pro etate. Anima ĩ statu suo sẽp ẽ. Corp⁹ ẽ uas aĩe: uel receptaculũ ita nec aĩa pars est corporis.
Hidaspes qui fuit medorum rex antiquissimus: a quo annis quo q͛ nomẽ accepit q nũc hidapes dr̃ sub ĩterp̃tatione uaticinãtis pueri ad memoriã posteris tradidit sublatũ iri ex orbe ĩperiũ nomẽ q͛ romanũ: qđ multo ante p̃fat⁹ est q̃ illa troiana gẽs cõderetur.
Ira cõmotio mẽtis est ac p̃turbatio: siquidẽ cũ in animum cuiusq̃ incidit uelut sæua tempestas tantos excitat fluctus: ut statum mentis immutet: ardescãt oculi: os tremat: lingua titubet: dẽtes concrepent: alterius uultum maculet: nunc suffusus rubor: nunc pallor albescens.
Ira est inquit Seneca cupiditas ulciscẽdæ iniuriæ. Alii: ut ait Posidonius. Cupiditas puniendi ei⁹ a quo te iniquæ putes læsum.
Quidam ita diffinierunt. Ira est incitatio animi ad nocendũ ei: qui aut nocuit aut nocere uoluit Cice. aũt ait. Ira ẽ libido ulciscẽdi. Ira itẽ ẽ mot⁹ animi ad coercẽda peccata insurgentis.


Mors est dissolutio naturæ.
Caput dictum est q͛ hinc capiãt initium sensus ac nerui. in eo. n. est regimen totius animantis. quod Varro ad ciceronem scribit Frontem nominatam. Varro existimauit ad oculorum cõcauis foraminibus.
Aures ab audio uelut audes per ĩmutationẽ literæ sunt noĩatæ.
Oculos dictos esse Varroni placet: quoniam eos deus ciliorum tegminibus occuluit ut munitiores essent ab iniuria.
Palpebræ quibus mobilitas inest a palpitatione dictæ sunt pil͛ in ordine stantib⁹ uallatæ septũ oculis decentissimum præbent
Acies est membrana illa plucẽs
Pupillas nuncupamus scintillas luminum media porte cõclusas in qbus pueris ac subtilibus cernendi sensus ac ratio continet᷑.
Gingiuæ a gignendis dentibus nominantur.
Mentum deductũ est clæmenter a genis: & ita inferius conclusum: ut acumen eius extremum signare uideatur leniter impressa diuisio.
Pollex digitus a cæteris separatus nomen accæpit: q͛ ui & potestate inter cæteros polleat.
Nares dictæ quia p eas uel odor uel spiritus nare non desinit.
Vir nominatus est q͛ maior ĩ eo uis est: q̃ in fæmina.
Virtus a uiro nomẽ accæpit
Mulier: ut Varro interprætatur a mollicie est dicta mutata & de

tracta litera uelut molier.
Mens uel animus nuncupatur sensus ille uiuus atq; cælestis: q quidem tãtæ mobilitatis est: ut ne tum quidem quum sopitus ẽ conquiescat: tantæ celeritatis: ut uno tẽporis puncto cælum om̃e collustret: si uelit maria peruo-let: terras & urbes peragret.
Harmoniam musici uocant in-tentionem concentũq; neruoꝝ in integros modos sine ulla of-fensione consonantium.



Impressum ẽ presens opus lug-dun̄. arte & industria Iohannis de uingle. Anno christianæ salu-tis. M.ccccc. Die prima Iulii.


316



Esemplare completo, di cc. 316
compresa l'ultima bianca.
Il quaderno k (cc. 73-80) è doppio.

Febbraio 1921